ARTIS OBSTETRICARIÆ COMPENDIUM TAM THEORIAM QUAM PRAXIN SPECTANS:

MORBORUM omnium qui Fœminis inter geſtandum in Utero, & in Puerperio, nec-non Infantibus ſupervenire ſolent. CURATIONEM totam complectens.

Huc accedunt MORBORUM *omnium, quibus Corpus humanum eſt obnoxium* NATURAM INVESTIGANDI METHODUS *vera & accuratiſſima, illorum* CURATIONEM *efficaciſſimam indigitans:*

Et *OBSERVATIONES* nonnullæ ad *PRAXIN GENERALEM MEDICINÆ* attinentes:

IN USUM MEDICINÆ TYRONUM

AUCTORE

RICHARDO MANNINGHAM,

EQUITE, M. D. R. S. S. & Coll. Med. Lond.

In hoc gaudeo aliquid diſcere, ut doceam. SENECA.

LONDINI:

Impenſis *T. GARDNER*, apud Inſigne Capitis *Couleii* 1754.

Proſtant Lovanii

Apud JOANN. FRANCISCUM VAN OVERBEKE, Sub ſigno Lampadis Aureæ.

9671

PRÆFATIO.

QUONIAM consilium illud pium, quod in levamen puerperarum inopum Nobilium, Clericorum & Medicorum dignissimi quique, optimi deniquè omnium ordinum & utriusque sexûs Patroni nuper inicre, Artem Obstetricariam docendi occasionem mihi mox est daturum; in rem fore existimavi, futuræ Institutionis, quam apud eos Tirones qui se nostris præceptis dederint præstiturus sum, Compendium hoc in medium dare. Quod si cui nimis curtum & imperfectum videatur, ausim non tantùm promittere me limatius & plenius, quamprimùm per tempus licebit, redditurum, sed sperare etiam ex hoc, qualecunque sit, fructum uberem posse hauriri: Nam præcepta quæque præstantissima quæ ad Obstretricium & Mulierum morbos attinent Aphorismi ubique subjecti complectuntur.

Diu equidem sum miratu (id quod complures

quesți sunt) Hoſpitium in ſubſidium paupercularum parturientium & infantium expoſitorum nullum adhuc in hac noſtra civitate tam opulenta extitiſſe; at quoniam, quæ miſeris benignè ſemper illuxit, *Majeſtas Regia* conceſſo *Diplomate* opus hoc deſideratum Auctoritate ſuâ promovit, ſummique inter nobiles viri Hoſpitii futuri Curatores fieri dignati ſunt, nullus dubito quin, collatis ultro pecuniis (ea enim eſt noſtratium proclivis miſericordia) brevi perficiatur, nec minus *Religioni*, efficiendo quo minus egeſtas dira ad infantium ſuorum necem invitas parentum manus, impellat, quam *Reip.* Vires opeſque civiles quotidiè augendo, proſit.

Hoſpitiolum etiam hoc quod in noſtris ædibus interim in ſubſidium puerperarum inopum, faventibus non paucis, jam naſcitur, ſuas habet laudes, & matribus plurimis earumque infantibus incolumitati eſſe poteſt: Quod licèt in præſens anguſtis nitatur fundamentis, ſi quid exempla tamen tantorum, quibus jam curæ eſt, Fautorum poſſunt, citò ampliùs factum iri confido: Quid quod inceptum ſit ſatis comprobatum, quòd in ſe nihil non decens, juſtum & laudabile habeat & undè Ars Obſtetricandi commodè ſemper diſca-

catur: Hujus autem rei ſcientiæ, (adeò non levis eſt momenti) doctiſſimi fermè omnium ſeculorum Medici operam navare haud aſpernati ſunt; & in his noviſſimis temporibus, cùm mulieres, ſuæ infantiumque ſaluti meliùs conſulentes, utriuſque ſexûs auxilium accerſire non recuſaverint, ad Praxin quoque multò peritiores evaſerunt; quippè viri Anatomicâ ſcientiâ inſtructi promptiores improviſis difficultatibus accurrunt, & ad augendam peritiam magis ſunt idonei. Sperare igitur libet quamplurimos, qui ſe Medicinæ ſtudio accingunt, non tantùm Theoriæ hujus artis ſed & Praxi quoque in poſterum daturos operam cum diſcendi ad manum aderit Facultas: Quod ſi his qui in hac urbe, (ubi rei medicæ peritiſſimi ſemper in propinquo ſunt) degunt, minus neceſſarium videatur, iis ſaltem qui rure Medicinam facere deſtinaverint non poſſum non commendare; eorum enim omninò erit diverſis iſtis morbis, qui graviditati & puerperio ſæpè ſuperveniunt, mederi: Eſt verò cur mulieres ipſæ culpentur quæ, ſi fortè inter geſtandum in utero ægrotaverint, medici conſilium advocare plerùmque nolunt; errore ſcilicet vulgari ductæ, quicquid morbi ſit, aut nullum remedium niſi poſt

partum adhiberì poſſe credunt, aut tum ultro deceſſurùm ſperant : In hoc autem falluntur, nam niſi morbus is ſit, qui ex Prægnatione omninò oritur, ipſi puerperio multùm difficultatis & periculi nunquam non affert, imò ſæpè mortem ; Contra verò idoneis & tempeſtivis remediis ut multò facilior ſit partus, multa incolumis puerpera, quæ per errorem hunc & iniquam negligentiam perire potuiſſet, effici poteſt.

Cùm adhuc Obſtetricandi artem haud facilè quiſquam, niſi peregrè quæſitam, ſatis aſſecutus ſit, & cùm longinqua ſtudia perpaucorum Tironum rebus convenirent ; vix ſperare licet *Obſtetrices* noſtras eam, quam res ſæpè poſtulant, artis prudentiam adeptas eſſe : Undè honeſtiores æquè ac humiliores graviſſima in puerperio per Obſtetricantium penè inevitabilem inſcientiam pati timendum eſt. Jam verò præſentem diſcendi occaſionem nactis nullas erit excuſationi locus, ſi poſthac inſcienter egerint cùm penes fuerit omnes idoneos obſtetricio fieri ; quo tandem effecto ipſi Divites ſimul cum pauperibus plurimùm emolumenti ex hoc incepto ſuo munifico percepturi ſunt, poſterique ſummis laudibus pios operis Fautores, undè & ipſi tantùm utilitatis hauſerint, proſecuturi ſunt.

Cùm verò ſint qui querantur, nec injuria, Mulieres in Hoſpitiis peregrinis incommoda nonnulla ex inſtituendis Tyronibus accipere, ne quis tale quidquam nobis objiciat, Machinam ita comparatam habemus, ut per illam & Prægnantium *Tactum* & Eductiones Fœtûs omni-modæ monſtrari poſſint: Fit autem ex Fæminæ oſſibus compactis quibus uterum *factitium* aptari curavimus. Hâc igitur nullo parturientium incommodo imperitas Tironum manus exercebimus, donec ipſum opus capeſſere tuto poterunt: Eâdem etiam machinatione quem *ſitum* in utero fœtûs, quem ipſe uterus juxta naturam obtinet, & varios *ſitus*, qui præter naturam utrique accidunt, (undè moleſtiſſima & periculoſiſſima ſæpè fiunt puerperia) demonſtrabimus, quid deniquè pro *diverſis rebus* potiſſimùm facto opus ſit edocebimus.

De Arte Obſtetricaria.

- COGNITIO
  - Generalis
    - Miliebrium quæ Generationi inſerviunt Partium
      - Quales ?
      - Situs ?
  - Diſtincta
    - Uteri.
    - Pudendi Muliebris.
    - Veſicæ.
    - Inteſtini recti.

- Pelvis.
  - Oſſa
    - Qualia ?
    - Situs ?
    - Uſus ?
    - Articulatio ?
  - Quæ in ea continentur
    - Veſica.
    - Uterus.
    - Inteſtinum rectum.
    - Secundina.
    - Humores.
    - Fœtus.
  - Varietas
    - Profundior.
    - Latior.
    - Amplior.
    - Planior.
    - Rotundior.
    - Ovata.
    - Qualis ?
      - Commoda ?
      - Incommoda ?
  - Differentia in diverſo Sexu ?
  - Cavitas Pelvis — Quid ?
  - Apertio maxima Pelvis
    - non à Seperatione Oſſis Pubis, ſed
    - à Retroceſſu Oſſis Sacri
      - totali
      - vel
      - ex parte.

- Quid ſit Tactus ? ——
- Quomodo prægnans debeat tangi ?
- Quo tempore neceſſarius ?
- Cognitio ſpecialis
  - Cuinam rei inſerviat ? ut cognoſcatur
    - An verè gravida ſit Mulier aliqua necne ?
    - An tempus pariendi inſtet, an longa adhuc mora intercedat ?
    - An gravida genuinis ad Partum Doloribus corripiatur necne ?
    - An gravidæ doloribus jam correptæ futurus ſit partus facilis an difficilis ?
    - An Infantes benè vel pravè ſiti ſint ?
    - Quomodo Parturienti & Infanti ſuccurrendum, & quid eum in finem faciendum ſit ?
    - An res ita ſe habeat ut Partus Gravidæ ſit promovendus ?
- Quomodo ſecundinæ excludendæ ſint ?
- Omnes pravè ſiti Fœtus verti ? Et Pedibus prehenſis extrahi queant ?
- Quomodo obſtetrix ſe gerere debeat poſt partum erga { Matrem ? / Infantem ?

De Utero.

UT clariùs & diſtinctiùs Rem proponamus Uterum conſideremus.

vel { per ſe. / conjunctim cum Vagina.

Uterus

Uterus per se
- Substantia { Crassa. / Solidissima.
- Compositio { Ex innumerabili Multitudine Fibrarum & Vasculorum scilicet Venis, Arteriis, Nervis, Lymphaticis, interpositis Particulis musculosis.
- Status
  - in { Virginibus. / Nuptis.
  - ante / post { Prægnationem.
  - ante / post { Partum.
- Situs { Qualis? { varius post Prægnationem { Commoda? / Incommoda?
- Fundus post Prægnationem, deflectitur nimis { Prorsùm. / Retrorsùm. / Dextrorsùm / Siniſtrorsùm } Incommoda?
- Os { Quid?
- Figura externa { Qualis?
- Connexio { Qualis? Ligamenta? Usus?
- Orificium, undique annexum Vaginæ.
- Cavitas / Collum { Quid?
- Dilatatio in suprema plurimum Parte, *viz.* Fundo { Commoda? / Incommoda?
- Contractio { Qualis? / Usus?
- Undè nonnullis falsè dicitur *Os Internum Uteri.* indè Confusio.

De Craſſitudine Uteri in Prægnantibus.

UTERUS poteſt extendi & dilatari manente tamen eâdem *Craſſitie* quâ gaudet, dum adhuc parvus, fœtuſque expers eſt, & non obſtante Magnitudine ſuâ & Craſſitie, quam habet tempore partûs, intra paucos Dies Horaſve ad priſtinam Parvitatem ac firmitatem contrahi poteſt.

Sæpiùs, quando defunctæ Parturientis Anatomiæ intereſſe dabatur, vidi Uterum, non obſtante quantâcumque Magnitudine vel Parvitate gaudeat Uterus, eadem ſemper reperitur Craſſities, modo major, modo minor, prout variant accidentia. Et *quicquid communiter vel plerumque fit, id naturale eſt.*

Sæpe in viventibus accuratâ Attentione inquiſivi, tam alterâ manu in uterum intromiſſa ad ſecundinam extrahendam, quam altera ventri impoſita, ut eo diſtinctiùs veritatem craſſitiëi ipſo ſenſu detegerem; & verè dicere poſſum, me ſemper ferè uteri integram craſſitiem ſenſiſſe, imò tantam nonnunquam craſſitiem & rigorem percepiſſe, ut ægrè perſuaſus ſim, quin mali quid accidiſſe Parturientibus credam, quum tamen in iſto puerperio eâ quâ in aliis uſæ eſſent valetudine; & unicæ ſaltem memini me ſenſiſſe uterum tenuem, inde concludo, uterum variâ quidem magnitudine, ab Imprægnationis initio ad partum uſque unâ eademque ſemper gaudere craſſitie, *fundo autem multò magis ampliatur, quàm ullâ aliâ Parte inferiore. Deinde uterum multifariam poteſt Loco moveri;* non rarùm eſt invenire ſecundinam in utero, jam in poſtica ad lumbos, jam proximè Diaphragma, jam in Antica Ventris propendentis, jam à dextro, jam à ſiniſtro; neutiquam verò exinde concludendum eſt, ſecundinam utero cohærere, à latere vel propè orificium, minimè, *ſed quòd uterus multifariam poſſit loco moveri, & in fundo multò magis extenditur, quàm in aliis partibus ſuis.*

De Vagina.

- Vagina.
  - Quid?
  - Os. Quid?
  - Substantia
    - rugosa plurimisque consita Plicis, Quare?
    - facile extendens
      - Latitudine
      - Longitudine
      - Usus?
        - Commoda?
        - Incommoda?
    - lævis & lubrica
      - inuncta plerumque mucosâ quâdam Materiâ
      - usus
  - Contractio
  - Dilatatio
    - Qualis? Usus?
  - Connexio?

De Secundinis.

- Secundina seu Placenta.
  - Substantia? Vasculosa.
  - Forma?
  - Numerus?
  - Situs? Fundo Uteri plerumque adhærens.
  - Vasa
    - duæ Arteriæ
    - una Vena
    - Funis modo complicatæ. Quarum in Placenta Anastomoses? Usus?
  - Usus?

Membranæ
- Chorion in quâ innumera Vaſa
  - Situs?
  - Uſus?
  - Connexio?
- Amnios
  - Situs?
  - Vaſa? pauciora quàm in Chorio.
  - Uſus ad
    - Aquas
      - continendas.
      - ſecernendas.
    - Chorion conſervandam.
- Allantois
  - an in Homine invenienda?
  - unde dicta?
  - in Brutis obvia
    - Subſtantia?
    - Situs? uti Urachus,
    - an Homini pervius?
    - Uſus?

APHORISMI.— *Membrana eſt duplex Chorion & Amnion quæ ſimul conjunctæ unum involucrum faciunt in quo & Fœtus & Humores ſimul continentur.*

Gemellis ſingulis ſuæ ſunt Membranæ neque unquam uterque idem operimentum ſortiuntur niſi adunatis corporibus, quod rariſſimè evenit, monſtrum fiant.

Membranæ æquo craſſiores vel tenuiores Partum moleſtiorem reddunt, craſſiores nempè Infantem in exitu remorantur, tenuiores priùs ruptæ quam Os Uteri ſatis dilatetur, humorum inopem derelinquunt.

Funis Umbilicalis } Insertio } Venæ — distributio per Hepar.
Arteriarum { Situs?
Origo? Ex iliacis internis.

APHORISMI.— *Funis Umbilicalis Fœtûs humani tribus tantùm constat vasculis, unicâ scilicet venâ arteriis duabus, quæ omnes unâ eâdemque membrana, sive involucro colligantur.*

Vena Umbilicalis sensûs est omninò expers quippe quæ nullum habeat nervum.

Venæ Umbilicalis duriores & rigidiores, licèt crassissimæ sint, in educendis Placentis citiùs quàm molliores rumpuntur.

Infantibus nonnullis Funis adeò distentus est, ut licèt arcta fiat ligatura, posteà contractione factâ, sanguis nisi summâ adhibeatur curâ, effluxurus sit.

Funem in nodo implicatum ex nimia longitudine & motu Infantis circulari in utero nonnunquam invenimus.

De Partu Naturali.

Ad Partum naturalem requiruntur.

- Parturiens aut Fœtus nullis Infirmitatibus obnoxii, quæ Partui obesse possent.
- Fœtus
  - Ætas.
  - Vires. } Quales?
  - Situs. }
  - Ultroneis } Doloribus solâ Naturæ vi
  - Genuinis } sine Arte Excluſio.
- Matris
  - Forma. } Quales?
  - Status. }
  - Vires. }

Partus appropinquantis Signa

- Dolor versùs Renes cum Doloribus respondentibus
- Tumor Ventris immutatus.
- Urinæ vel
  - Incontinentia.
  - Suppressio.
- Aquarum. } Formatio.

Partus ferè instantis Signa.

- Dolor versùs Renes & Lumbos auctus.
- Pulsus in Carpis
  - frequens.
  - plenus.
  - altus.
- Rubor Vultus.
- Vomitus.
- Os Tincæ apertum.

Partûs instantis Signa.
- Os Tincæ magis apertum.
- Aquarum formatio major.
- Dolores ad Sacri & Pubis articulum.
- Tremores sine Frigore.

Partui profuerint
- Situs Corporis idoneus.
- Unguenta Emollientia.
- Cardiaca.
- Medicamina.
  - Abdomen evacuantia.
  - Uterum comprimentia.

APHORISMI. — *Quo juniores sunt Mulieres, modo Annum Ætatis decimum quintum peregerint, eo feliciùs parturiunt.*

Si quando Aquæ quas parturientes egerunt primò liquidæ tenuesque deindè viscosæ & mucosæ fluant Partum instare conjectari licet.

An Os Pubis vel Ossa Ilii inter parturiendum sejungantur non constat, sed Os Coccygis, cujus articulatio mobilis est aliquantulùm recedit.

Detractio Sanguinis è Brachio Plurimùm in molestioribus Puerperiis prodest, cùm & promoveat Partum & remedio sit ne immodica Profluvia & Convulsiones Partui difficili & præternaturali accedant.

Mulieres quæ nullum adhuc fœtum ediderunt, orificium Uteri habent arctius & rotundius quod amplius & inequalius est in iis, quæ jam peperunt.

Os Uteri multò mollius Utero gestantibus fit, quàm aliàs.

APHORISMI. — *Apertio oris Uteri Mulieris gravidæ non ſemper Parturitionis eſt ſignum certum, nonnunquam enim orificium adeò patefactum in quibuſdam invenitur, ut digitum inferri ſinat Menſem ante partum.*

Uterus eandem retinet Denſitatem per totum geſtandi tempus, fundo excepto tunc denſior facto.

Omnia Uteri vaſa ampliora ſolito ſunt, in Mulieribus Menſtruantibus aut ſub acceſſionem menſium quoque magis progreditur Prægnatio eo magis dilatantur.

Res ita ſe habere poſſunt, ut Mulier Utero gerat à Septem ad Undecim Menſes.

Infantis (utriuſvis ſexûs) ſecundùm Naturam in Utero poſiti, Caput eſt ſuperius, inferiores Pedes, Facies antrorsùm ſpectat, dum ſeptem vel octo geſtationis menſes præterierint; poſteà verò omninò inverſa eſt ejus poſitio, ſuperiora ſcilicet Pedes, Caput inferiora occupat & retrorsùm ſpectat Facies.

Sub novum plerùmque, menſem deorsùm mittitur Infantis Caput, nonnunquam etiam ſub octavum.

Infans ſe ſubvertens in poſtremo Geſtationis menſe motu inſolito falſos ſæpe Dolores ciet qui etiam enixus mature nimis afferunt.

Infans ſecundùm Naturæ legem ſe prono Capite, aversâ Facie, inter parturiendum offert; quævis alia poſitio mala eſt & præter Naturam: è malis autem poſitionibus Pedes minimam, brachium cum

Hu-

Humero maximam, Nates vel Manus unà cum Pedibus obviæ mediocrem Difficultatem ferunt.

In Principio Doloris quærendus eſt Fœtus & Uteri ſitus.

Non niſi quieſcenti Utero manus eſt intromittenda.

Violentis doloribus ſubitò deficientibus, ſi ſuperveniet vomitus metuendum ne laceretur Uterus.

Viribus de repente deficientibus, lethalis extravaſatio eſt Metuenda.

De Utero Gravidarum vel Parturientium benè locato.

QUO majorem Gravidæ Fœtum geſtant, eo altiùs Uterus in Ventrem aſſurgit; quum enim Cavitas Pelvis non ſufficiat ad capiendum prægrandem Uterum, uno vel pluribus Infantibus ex omni Parte abſolutis unà cum Secundinis & Humoribus repletum, exinde neceſſariò ſequitur, *ultra Oram Pelvis in Cavitatem Ventris* Uterum aſcendere; atque tum eandem (quam modo ante vel mox poſt Imprægnationem habuit) Poſituram aut retinet, aut non; ſi priorem Poſituram retinet, illum exiſtimo *rectum* & benè *ſitum* Uterum, atque tunc acuminata ejus Pars recta tendit in Cavitatem Pelvis, Fundus verò circa Umbilicum verſatur: Poſiturâ autem mutatâ, huc vel illuc aliquantulùm inclinatum Uterum *obliquum* dico vel *prave ſitum*.

De Conſtrictione Venæ umbilicalis & Secundinarum Excluſione.

FUNIS umbilicalis recens nati Infantis conſtringendus, & ſine mora ſecundinæ excludendæ, Manum protinùs ab excluſione Infantis immittendo — Quare?

1. *Tum Manus, imò & Brachium, ſi opus fuerit, facilè illabitur.*

2. *Statim à Fœtûs excluſione ſine ullo Puerperæ dolore aut incommodo, Manum in Uterum immittere licet.*

3. *Non Orificium ſolummodò Uteri late ſatis adhuc patet, ſed & Uterus ipſe.*

4. *Periculum non eſt ut Fundum detrahas aut Uterum invertas Funiculum Umbilicalem extrahendo.*

5. *Ut pateat an Secundinæ Utero adhæreant necne, quod aliter certò ſciri non poteſt.*

6. *Abſolutum Puerperium accelerare.*

7. *Ut Certior fias num unus adhuc vel plures Infantes excludendi ſint, aut Mola reſidua, aut Fœtus emortuus*

8. *Ut cognoſcas, num Fruſtula quædam Secundinarum aut Membranarum reſidua ſint in Utero, aut Sanguinis Grumi, & ſi opus videbitur reducere Uterum pedetentim in ſtatum naturalem.*

De Partu difficili.

Partus difficilis fit ob
- Matris
  - Ætatem
    - Juniorem.
    - Provectiorem.
  - Corpus
    - malè formatum.
    - nimis obesum.
    - nimis macilentum.
    - morbosum.
  - Uterum
    - morbosum
    - nimis obliquum
      - prorsùm.
      - retrorsùm.
      - dextrorsùm.
      - finistrorsùm.
  - Animum depressum.
  - Vires labefactas.
  - Aquas ante Fœtum profluxas.
- Fœtus.
  - Imbecillitatem.
  - Mortem.
  - Corpus
    - prægrande.
    - malè formatum.
  - Situm inidoneum.
  - Funem implicatum.

Partui difficili vix sufficiunt quibus
- *Corpus Sudoribus frigidis obrutum.*
- *Syncope frequens cum frigidis Sudoribus.*
- *Convulsiones sine Recognitione.*
- *Vires deficiunt.*
- *Inferiora Abdominis*
  - *Tensa.*
  - *Inflammata.*

Fœtus imbecillis dignoſcitur ex
- Partu { languido. / diuturno.
- Sanguinis fluxu nimio.
- Matris Viribus languidis.
- Fœtûs pulſu in Fune.

Fœtus mortuus dignoſcitur ex
- Mammis flaccidis.
- Frequenti Lypothymiâ.
- Aquarum fætore.
- Frigore Ventris Laterumque.
- Gravitate in Utero.
- *Capitis mollitie.*
- Defectu Pulsûs in Fune.
- Cuticulæ Separatione.
- Meconii (abſque Cauſa) expulſione.

Fœtus malè ſitus dignoſcitur ex
- Doloribus non ritè reſpondentibus.
- Doloribus nimis lentis.
- Aquis furtivis.
- Tactu.

Os Uteri malè ſitum dognoſcitur, ex Tactu
- Exulceratione.
- Cicatrice.
- Glandula obdurata.
- Obſtructione Vaſculorum, Ligamentorum.

Pravus Uteri ſitus quadruplex eſt
- *Primus*, Si Fundus Diaphragmati, Uteri autem Corpus Spinæ Dorſi inclinatum apprimitur, inde Os Uteri nimis ſuſpenſum ab antica Parte ad Oſſa Pubis addigitur, & Infantes reddit immobiles.
- *Secandus*, Si Uterus in ventroſis Mulieribus pronus propendet, Ore ad Os Sacrum converſo.
- *Tertius*, Si Fundus Uteri in latere ſiniſtro paulò altiùs vel demiſſiùs ponitur, Ore ad Spinam dextram Oſſis Ilii converſo.
- *Quartus*, Quo fundus in dextro latere ponitur.

Ex

Ex hoc quadruplici pravo Uteri ſitu reliqui colliguntur ſcilicet Fundus minus
- Prorsùm.
- Retrorsùm.
- Dextrorsùm.
- Siniſtrorsùm.

In quacunque Uteri obliqua Poſitura tutiſſimum, promptiſſimum, minùſque dolorificum cenſeam Partum accelerare Infantes Pedibus prehenſis extrahendo, idque in Principio ſtatim Laborum, ante vel paulò poſt effluvium Aquarum, quamprimum certus ſis parturientem *genuinis Laboribus* laborare, præſertim in Uteri nimium ſcilicet *propendulo* ſitu.

Cavendum ne Caput detineatur.

Pedibus ſe præſentantibus.
- Caput & Brachia conjunctim plerùmque trajicienda ſunt.
- Situs non immutandus ni ut Facies poſteriora ſpectet.

Caput in Utero relictum extrahatur
- Manu.
- Inſtrumento.
- Laqueo.
- An Placenta priùs extrahenda ?

Præſentante ſe
- Facie — ad ſitum naturalem reducendus. — Fœtus.
- Collo — Pedibus prehenſis extrahendus. — Fœtus.

Funis (ſi ſe præſentet) reducatur; Fœtuſque Pedibus prehenſis quàm citiſſimè extrahatur; exinde tamen lividus plerùmque ſit Vultus.

Funis implicitus, æquove brevior, Fœtûs reſilitionem poſt finitum Dolorem efficit.

Si

Si Funis Collo circumductus ſit, ſubditis Digitis tentandum eſt Funem laxatum ſupra Caput removere, ſi non licuerit removere, Filo conſtringendus & diſecandus eſt.

In omni malo ſitu, ut & in Rebus deſperatis, Pedibus extrahatur Fœtus, & ſemper obſervandum eſt Infantes commodiùs verti, ſi Digitis Pedum præviis, quàm ſi Calce protrahantur.

In Partu gemino poſterior Pedibus plerùmque extrahendus, ideòque Membranæ quàm citiſſimè rumpendæ; niſi promptè rem agat Natura.

De Partu difficili ex Morbis generalibus & ſpecialibus proveniente.

Malâ Corporis Formatione { Gibboſa. / Incurvata. / Aſthmatica. } Incommoda?

Morbi ſpeciales. { Febris. / Epilepſis. / Hydrops. / Stomachi Intemperies. / Colica. / Lumbago. / Dolor Nephriticus. / Vomitio. / Convulſio. / Fluor immodicus. / Diarrhæa. / Spaſma. / Deliquium Animi.

Qua

Quâ Ratione per pravam Pelvis Formam Partus impediri poteſt ?

Prava Pelvis Forma nimis { magna / parva ſeu anguſta / plana } Incommoda ?

Varietas Pelvis in diverſis Corporibus — Qualis ? { Commoda ? / Incommoda ?

Infante nondùm in Pelvem illapſo exploranda eſt Parturiens.

Ut cognoſci poſſet quomodo Ora Pelvis ſit formata an ? { rotunda ? / plana ? / ampla ? / anguſta ?

Si neceſsè ſit Pelvem majorem reddere, non licet niſi retrudendo Os Coccygis quod *integrâ manu* perficiendum eſt, undè triplex Commodum;

1. Doloribus ingruentibus manu premente Os Coccygis repellitur, inde Meatûs Dilatatio.

2. Manu depremente Os Uteri ampliatur.

3. Manu retractâ Infantem ſimul ſenſim attrahitur.

Obſervandum eſt Parturientes convenienter tractando & juvando Dolores concitari, & augeri, perverſis autem Actionibus evaneſcare & ceſſare.

Modum ampliandi Meatum reprimendo Os Coccygis, tanquam unam è præcipuis & commodiſſimis Partum excludendi Artibus commendamus, omnia verò cum Prudentia & Judicio peragenda ſunt.

De Partu difficili à firma nimis Membrana Humores continente, vel à prævia ad Excluſionem Placenta, vel ex emortuis Infantibus.

Fœtûs Excluſio impeditur à
- Membrana nimis firma
  - Incommoda?
  - Ore ſatis aperto rumpenda eſt, non citiùs niſi urgeat Neceſſitas.
- Placenta prævia
  - Semper conjuncta cum Profluvio Sanguinis?
  - Incommoda?
  - Signa?
  - Effectus? Quomodo removendi?

Fœtus Mortuus reddit Laborem difficilem —— Quare? ——

Signa Mortui Infantis?
- Signum omnium certiſſimum eſt ſupremæ Capitis Cuticulæ Diſſolutio. — Quare?
- Vena Umbilicalis prævia & ſine Pulſu.

In Partu difficili ex nimia Infantum magnitudine Fœtus præviis ſemper Pedibus commodiùs quàm Capite educitur, tutiuſque hoc fit maturè ab initio ſtatim Laborum & reprimendo Os Coccygis.

Si Caput Infantis in proportione Pelvem adeò excedat quantitate, ut integrum per Pelvem prorsùs non traduci queat, etiamſi benè verſum prodeat, Utero itidem rectè locato, Pedibus plerùmque educendus eſt Fœtus, aut proprio Inſtrumento, & ſi fieri poteſt ſine læſione.

APHORISMI. — *Mammæ Venterque prægnantis cui Fœtus in utero mortuus eſt non amplius augeſcunt ſed quotidie recedunt.*

Uteri excretiones fœtidæ non ſemper Infantem mortuum indicant, quum à grumis Sanguinis diutius retenti corruptis fieri poſſint.

Infantis mortui Caput e corruptione emollitum non æque ac vivi exitum humeris in partu conciliat.

Infantis mortui difficilior & moleſtior eſt plerùmque enixus.

Mulieres quæ mortuum & corruptum Infantem edunt febre interim continuâ laborantes, poſt partum paucis interpoſitis diebus fere moriuntur.

Infans in utero mortuus poſt emiſſas aquas biduo vel triduo majorem in modum corrumpitur quàm toto menſe, manentibus aquis.

Si Caput Infantis in exitu hæreat cùm non ſit tumefactum, eſt cur mortuum credas.

De Partu difficili, ex prava Infantum Verſione in genere.

PRAVA Infantum poſitura in *Utero recte locato* facit difficilem Laborem, ſed *male locato* difficiliorem.

Infantes pravè verſi ſunt, qui
- Facie ſupinâ.
- Facie in alterutrum latus reflexâ.
- Capite in Tranſitu retardato.
- Manu, Pede, Venâ umbilicali.
- Unà cum Capite prodeunte.

in Oſtium prodeunt.

In *Utero malè locato*, plurimi difficiles Partus, plérùmque difficillimi ſunt, undè ſæpius & ipſa prava Verſio Infantum in Utero oritur, quippè qui initio benè verſis propter pravum Uteri ſitum in aut per Pelvem penetrare non valentes *ex benè verſis* fiunt *pravè verſi*, id quamplurimùm accidit maturi auxilii defectu.

Cognitio variæ Uteri poſituræ maximi momenti & ſummè neceſſaria eſt Obſtetricantibus.

Longè aliter tractandus eſt Infans in Utero rectè ſito, quam *in Utero obliquato*, priori, Caput vertendum, & in Oſtium dirigendum eſt, poſteriori verò, tutius Pedibus quæſitis extrahitur, & hoc ſemper obſervandum eſt, Os Uteri nunquam non adversùm Fundi ſitum eſſe, undè facile judìcandum eſt, quo loco Fundus Uteri ſitus eſt, ac utrum plus minùs obliquatur.

APHORISMI.— *Si infans pedem alterum obvium ferat animadvertendum eſt an dexter ſit, an ſiniſter, ut priùs intelligatur qua ex parte alter quærendus eſt, quam educatur.*

Si quando Fœtum prehenſis Pedibus educere conveniat, Facies Infantis deorsùm ad Matris Inteſtinum Rectum ſemper ſpectet priùſquam Caput extrahatur.

APHORISMI. — *Infans in ostio Uteri primiparæ hærens plerùmque Mas est, ampliora enim capita humerique latiores maribus quàm fœminis fere contingunt.*

Primiparæ seniores Fœtus non rarò hæret in ostio Uteri.

Mulieres quorum Mariti Manibus & Humeris amplioribus sunt, tales sæpenumero Infantes pariunt.

Infantis Capite in Utero relicto consultiùs est, ut Naturæ soli comittatur obstetricium, quàm ut vi adhibitâ extrahatur.

Manus altera Infantis (vel ambæ simul) sæpiùs quàm quævis alia Pars Infantis, unà cum Capite se offert quoties caput non solum protruditur.

Si Manus præmissa se offerat cave prehendas, quo longiùs enim manus porrigitur, eo molestior futurus est enixus.

Infantes, si Nates inter nascendum sunt obviæ ex situ compressi Meconium semper dejiciunt.

De Partu difficili, ab Infante facie supinâ prodeunte.

INFANS *Facie sursum versâ* difficilior enixus, quàm *pronâ Facie* { In Utero benè locato. / In malè locato verò difficilior.

Meatus ampliatur retrudendo *Os Coccygis aversâ manu.*

Infans Facie in Oſtium prodeunte reddit Partum difficilem in Utero benè locato nimis dilatando Os Uteri & Vaginam. Huic incommodo quomodo occurrendum ? Paulò poſt Excluſionem Aquarum ſi poteſt fieri Caput vertendum eſt aut ad Pectus Mentum protrudendum, adeò ut Vertex Capitis gradatim accedat ad Partum; præcipuè autem Cavendum eſt ne Oculi aut Nares Infantis lædantur; & longè aliter tractandi ſunt Infantes ſic ſiti in Utero benè quam in malè locato; Periculum etiam Matris & Infantis minùs eſt priore quàm in poſteriore.

In Utero malè locato difficilior multò eſt, & ſtatim Pedibus Infans educendus eſt, priùs tactu diligenter explorato ſitu & Infantis & Uteri ? Quomodo educendus ? Incommoda ?

De Partu difficili, ab Infante prævia Vena Umbilicali prodeunte.

Incommoda ? { Anguſtia Meatûs. / Retentio in Meatu. } Quomodo ſuccurrendus eſt Infans ? —— Quare ?

Effectus { Abruptio Placentæ. / Obitus Infantis. }

Antevenit Funiculus, vel circumdat Caput Infantis { Utero benè locato / Utero malè locato } Periculum { minus. / majus. }

Incommodum ? Circulatio Sanguinis à Compreſſione ſiſtitur. Funiculo ſolo in Oſtium veniente indicat plerùmque Infantem *tranſverſim* ſitum in Utero, & Pedes quærendi ſunt.

APHORISMI. — *Lapsus Funis umbilicalis ante Partum, citam Infanti mortem infert, neque id minus efficit compressio funis in exitu se offerentis cum Infantis capite.*

Si Tacto Fune umbilicali dilapso arteriarum Pulsus sentiatur, vivit adhuc Infans, sin minus mortuum crede.

Funis Umbilicalis cum subita aquarum eruptione sæpè ante partum dilabitur, ubi abundant aquæ & funis est prælongus.

De Infantibus Manu, Cubito, aut Humero prodeuntibus.

Infante in Ostium prodeunte { Manu, Cubito, Humero, } { difficilem, difficiliorem, difficillimum, } reddit Laborem.

Incommoda ? Quo pacto removenda ? *Pedibus prehensis plerùmque extrahendus est Infans.*

De Infantibus transversim positis.

IN Ejusmodi Posituris Humores plerùmque in oblongam formam coguntur, & Ostium vacuum est, sive Aquis solummodò obsessum.

Ex forma Aquarum oblonga in *Utero recte posito* concludimus quòd Caput in Ostio non versetur; aliter in *obliquo.*

In

In Utero obliquo tentandum est plerùmque Os Uteri in Pelvem inducere & Parturiente interim resupinâ versare Infantem Pedesque prævios producere, Manu juxta Nates & Femora usque ad Pedes extremos immissâ, adeò ut *Calcaneo*, Clunium tenus extrahatur.

Natibus prodeuntibus { Incommoda?
Quo pacto removenda?

Sicuti tanquam Regulam generalem tradidimus, Infantum Pedes non nisi Digitis sursùm versis extrahendos esse; id minimè obstat, quin in hoc vel consimili casu (Pedibus nimirùm Ostia tam propè imminentibus) eos *Calcaneo*, nonnunquam protrahere liceat; istud enim dictum volumus de Pedibus supra in Fundo Uteri positis, & quum *Infans omninò invertendus est.*

De Partu difficili ex Morbo sive Vitio quodam, Uteri, Vaginæ, Vesicæ, Intestini, Recti, &c.

Uterus, &c. morbis obnoxii sunt { Casu. / Collisione. / Contusione. / Ictu, &c. / Schirri duritie. / Carcinomate. } Ex his Partus difficilis.

Effectus { Inflammantur. / Exulcerantur. / Obdurescunt / Immoritur Parturiens. } Uterus, &c.

Os

Os Uteri existit { Crassum. / Perdurum.

Uterus { Exsiccatus / Rigidus } Partum reddit difficilem.

Descensu Uteri & Vaginæ Os Uteri suo Loco sustinendum est.

Vesica, ejus Collum inficitur aliquando Tumoribus.

Intestinum Rectum, Excrementis induratis afficitur & Glandulis Ulceribus obduratis.

De Infante Ventrem cum Vena Umbilicali offerente.

SI Vena sola in Ostio versetur { Ventre / Dorso } proditurus sit metuendum est ne Fœtus

Incommoda ?

Quid faciendum in Utero { rectè locato ? / obliquo ? }

De Infante Tergo prodeunte.

INFANTES rariùs *Tergo prævio*, quàm *Ventre* in Ostium prodeunt.

Incommoda ?

Statim post Aquarum effluvium Pedibus prehensis Infans extrahatur in Utero { rectè / malè } locato.

Tactu explorandum est an Infantis { fursùm / deorsùm } vergeat. Quare?
Spina Dorsi magis

Observandum est Infantes faciliùs versari & in *Gyrum* tractari scilicèt *Digitis Pedum* ad Caput directis, quàm contrà *Calcaneis* ad Podicem conversis.

Humoribus jamdudùm effluxis, Infanteque arctiùs compresso, quàm ut possit versari, convenit aliquando *Cingulum quoddam leniſſimum* alteri vel ambobus Pedibus injicere, & alterâ manu detrahere, dum alterâ Corpus Infantis superius fursùm removes, hoc modo Pedes in Ostium producti, quamprimùm potes *Manu* prehendito, eaque Infantem omninò extrahito.

De Geminis pravè versis.

DIFFICILIS Versio — unde?

Certissimum Gemellorum Indicium si duo { Capita / Terga } sentias.

Inquirendum sedulò est an Membra quæ protrahere velis sint libera.

Infante inferiore excluso, mox immissâ manu Pedes protinùs quærat Obstetrix iis eundem protractura, etiamsi Caput percommodum ad Exclusionem prodire videatur. — *Quare?*

De Agrippis ſeu Infantibus, Pedibus præviis prodeuntibus.

INFANTES lentè verſandi ſunt, dum ſimul extrahuntur, applicitis ambabus Manibus, alterâ ſcilicet, quouſque poteſt, ſubter Corpus immiſſâ, dum altera Pedes ante combinatos tenet, ne Pedes tantùm, iiſque mediantibus Crura, ſed ſimul etiam Corpus invertatur; hoc pacto Infans ſenſim verſando producitur, uſque dum pronus in Ventrem procumbat, & ultra Ventrem excluſus ſit: *tum demùm opportunum tempus illuxit, quo parturienti laborandum eſt*, quippè jam *Caput*, & *Brachia* conjunctim plerùmque trajicienda ſunt; & Infans validè, quaſi Dolores urgerent, ſed cautè trahendus eſt, *deorsùm verſus Inteſtinum Rectum*, aliàs Infans coarctatus ægrè tranſmittitur.

APHORISMI.— *Utero ad Partum unius Infantis patefacto non, niſi altero emiſſo aut extracto, clauditur.*

Altero extracto Fœtu, ſi alter adhuc in utero maneat, hunc etiam prius educere oportet quàm prioris Placentam extrahas.

Ex Gemellis alter poteſt in Utero materno vivere, altero ante menſes aliquot mortuo.

Gemellorum altero educto confeſtim alterius membranæ aquam continentes diſrumpendæ ſunt, ut ſecundus maturetur Partus patente adhuc Utero.

Muliere ex Fœtu multiplici gravidâ parturiente, omnes prius educantur fœtus quàm cujuſvis Secun-

APHORISMI. — *dæ, ne effluxio Sanguinis immodica Secundas prematurè abruptas ſequatur.*

In extrahendis Gemellorum Secundinis (ſive Placenta ſit unica vel duplex, cùm ſuus utrique ſit Funis Infanti) ſemper conandum eſt, ut ea Placenta quæ Partui priori attinet, priùs extrahatur.

Manus ſemper imponenda eſt Puerperæ ventri ſtatim poſt eductum fœtum, ut dignoſcatur an maneat Adhuc alter in Utero, præſertim ſi quem edux eris ſit exiguus, ut gemelliparæ Fœtus eſſe ſolet.

Mulieres Fœtum multiplicem geſtantes Utero multò graviùs laborant in prægnatione, & plerùmque 15 Dies vel etiam tres Septimanas ante debitum tempus Partum edunt, iis etiam crura tumefieri ſolent vel femorum tenus (in poſtremis menſibus) nonnunquam etiam ipſa Labia.

Si binos Pedes obvios habeas, dextrum licet & ſiniſtrum, vide ſis diligenter ante perſcruteris, quam extrahere coneris ne fortè alter, alteriùs ſit gemelli.

De Partu difficilì ex Utero, obliquo, nimium ſcilicet propendulo.

UTERUS nimis propendulus facit Partum difficilem } In Fæmina Ventre propendulo cujus Uterus ſit depreſſus.

In-

Incommoda

- Inter Dolores Infans premitur contra Vertebras & Os Sacrum, quâ preſſione, Caput impeditur adeò ut in Pelvem illabi nequeat.
- Vertice Capitis ad Os Uteri pendente, benè vertitur Infans in Utero rectè locato, malè autem in Utero nimis obliquo, tunc etenim Infans plerùmque tranſverſim in Oſſa Pelvis & præſertim in Os Sacrum illabitur; Quare?

Infantes Utero ſic ſito nonnunquam veniunt pronâ Facie, attamen Facie ſurſùm verſâ parturiuntur. Undè?

Signa

- Os Uteri ſuſtinetur altiùs ſolito.
- Tangi nequit ſine moleſtia.
- Adverſùs flexuram imæ Vertebræ aut Oſſis Sacri invenitur.
- Tangi nequit niſi infirmâ Parte plùs aut minùs.
- Digito, vix, aut ne vix, introïtur, curvato.
- Tactu ſentitur, Doloribus ſingulis appropinquantibus, in Vertebras depreſſum adeò ut illabi nequeat.
- Aquæ Os Uteri pendentes formâ tenui inveniuntur.

Singula hæc Signa diligentiſſimè ſcrutanda ſunt, & inveſtiganda Tactu, *Labore appropinquante*, poſteà etenim ſubitò diverſimodis mutantur.

Quomodò removendum ?

- Situ idoneo —— Quali ?
- Tentandum eſt ut Caput Infantis in Pelvem illabatur, uſque ad flexuram Oſſis Coccygis. Commoda ? Incommoda ? — Quomodò — tentandum.
- Exindè Caput promovetur adeò ut Excluſio Infantis perficiatur. — Quomodò — perficiendum.
- Fæmina nequaquam Doloribus laborat. — Quare ?
- Tactu quam leni exploranda. — Quare ?
- Os Uteri in loco ſuſtinendum eſt donec Aquarum ſit Profluvium, Membranâ ſpontè abruptâ.
- Os Coccygis retrò impellendum eſt. — Quare ? Quomodo ?
- Membranis abruptis, laborandum eſt Doloribus reſpondentibus, non inter Dolores, è contra ceſſandum eſt, Doloribus evaneſcentibus. Quare ? Commoda ?
- Laborandum eſt alterâ Manu in Utero locatâ, alterâ autem externè in Ventrem poſitâ, ſed Preſſura externa levis, Depreſſio interna fortis & æqualis fiat, & inter deprimendum Manus attrahatur. —— Quare ? Commoda ?

Poſt Partum agenda — Quæ ?

- Placenta extrahenda.
- Uterus proprio loco ponendus. } Quomodò ? Incommoda ?
- Sanguinis Grumi diligenter ſcrutandi.

Effectus

- Delirium.
- Perturbatio Somni.
- Requietis Defectus.
- Febris.
- Profluvium Sanginis lethale.
- Mors.

} Undè ?

De Partu difficili ex Utero Spinæ Dorſi nimis appreſſo.

UTERUS loco nativo emotus nimiùm ſæpè reſupinatur, aut ad Spinam Dorſi adigitur.

Os ejus altè nimis in Ventre elevatur.

Adeò obliquatur ut *Vaginæ recto tractu non ampliùs reſpondeat.*

In hoc pravo Uteri ſitu, *Obſtetrix probè attenta Os Uteri aut omninò non aut parùm ſaltem tangere poterit*, niſi jam latè ſatis pateat, atque dum adhuc aliquam ſaltem Circuli partem attingere licebit. Quare? Quomodò tangendum?

In hoc rerum ſtatu *Sagax proximè Cervicem Veſicæ ſentiet Oram aliquam lunatam*, quæ oris Uteri eſt, quod ſi Digitis illuc penetraverit, etiam Capitis partem duram, globoſam, lævemque ſive *Verticis aperturam ſentiet*, undè certò colligere poteſt *Infantem pariter cum Utero Spinæ Dorſi nimis apprimi*, quum igitur certiùs ſit, quo magis Infans ad hæc Oſſa à Doloribus apprimitur & conſtipatur, eo difficiliùs indè removeri, imò Cerebrum quidém *infringi poſſe* ut ſubitâ morte pereundum ſit.

Incommoda —

Caput Infantis, *quamvis optime verſi, in Oſſa Pubis impingere, neceſſariò ſequatur*, dum enim egredi Infans elaborat, tam à propriis Conatibus quàm

quàm Doloribus valdè deprimentibus, in hoc rerum ſtatu ad Oſſa Pubis violenter adigitur, ubi mollius Capitulum hærens quodammodo infringitur, & magis ſubindè imprimitur, undè, quia non poteſt, in cavitatem Pelvis delabi, etiam Mater Infantem eniti nequaquam poteſt, niſi Caput prius inde remotum in Cavitatem Pelvis inducatur.

Quo pacto removendum —

Parturientem prohibendo ne *validè cum Doloribus illaboret*, ſed iſtos potiùs ſuſtinendo prætermittat uſque dum Situs Infantis correctus ſit.

Parturientem jubeat Obſtetrix, ſiquidem poteſt, è *Veſtigio mejêre* ut Veſica exoneretur, nec Periculum ſit preſſione ejus lædendæ.

Quòd ſi pauciores adhuc & minores Dolores Parturientem urgeant, ac Membrana nondùm rupta ſit, *leni etiam Enemate Alvum exonerandum eſt.* — Quare ?

Parturientem Obſtetrix convenienti poſiturâ collocet. — Quali ?

Obſtetrix Digitis Oram oris Uteri cautè prehenſam poſticam verſus ad Inteſtinum Rectum premat ſive trahat; attamen hoc non *prius aggrediatur, quàm alteram Manum Abdomini paulò ſupra Oſſa Pubis oppoſuerit.* Tunc laborandum? Quomodò?

Capite expedito, & ab offendiculo vindicato, Mater jam Doloribus intenta, quantùm poteſt cum illis illaboret; quomodo laborandum ? Et quali Situ ?

Si verò Infans jamdudùm Oſſibus Pubis impactus

Quo pacto removendum? — pactus hæserit, *supinam retrorsum omninò inclinet Mater, Capite demisso, & Corpore aliquatenus elevato;* Matre sic sitâ tentet Obstetrix Infantis deprimere &c. Quomodo?

Si forsan in hoc situ Membranâ jam ruptâ, & Ore Uteri latiùs ampliato, Caput Infantis non parùm denudatum sit, Obstetrix missâ Uteri Orâ digitos *inter Caput & Ossa Pubis intrudere*, & quodammodò superiori Capitis parti, seu altiùs superiori Oris Uteri Oræ applicare, & hoc modo Caput simul cum Ore Uteri deorsùm trahere studeat.

Si forsitan *Infans nimium comprimatur, Caputque prægrande fuerit*, ita ut sine *multo labore* in Cavitatem Pelvis induci nequeat, *tunc Pedibus quæsitis Infans statim detrahendus est.*

Si percipiatur quòd Humores Impressionem non valeant facere, ad aperiendum Os Uteri, tunc illud *manu aperiendum est*, eoque satis aperto Membranarum diruptione Aquis prorumpendi locus dandus, ac statim ex adverso, uti dictum, *Manu juxta Corpus Infantuli immissâ Pedes quærendi sunt.*

Maximè conveniens est, *ambos Pedes simul detrahere*, semperque si possibile sit, *Digitos eorum Faciem versus convertere.*

Si Caput autem Infantis ægrè transeat, alterutrum quidem Brachium *detrahere licet*, & porrò Caput expedire, at *nunquam utrumque Brachium*

detrahendum est plura etenim id Incommoda quàm Commoda importaret.

Si infantes proni aut supini prodeunt multò meliùs est & Matri & Infanti, si Infans, *ne unquam permittatur Capite prævio in Pelvem illabi : talis etenim Infantis situs non solùm difficilis est, sed etiam adeò difficilis ut ne difficilior quidem excogitari possit : idcircò in ejusmodi positura ne unquam quidem permittendum est, ut Caput prævium aliquatenùs delabatur, quoniam nihil periculosiùs excogitari potest, quàm pati ut Infans ita situs Capite prævio delabatur : quapropter summopere cavendum est ne Caput in Pelvem delabatur, & abjectâ omni cunctatione Infantem quamprimum excludendum est, nimirùm vertendo Pedibusque prehensis extrahendo.*

Difficilior Positura non datur in obliquo Utero quàm ea, quâ Infantes capite prævio prodeunt.

In hac Exclusione omnis Cardo vertitur in duabus his rebus, *Primo*, ut ab initio *Caput* Infantis eousque *semovere* scias, quo Manum juxta illud immittere possis; in hac Capitis remotione maximâ attentione opus est ut lentè satis leniterque Os Uteri aperias, simulque Caput semoveas. *Secundo*, summo studio in id incumbendum est, ut *Caput* simul *cum Brachiis transeat.* Quare?

In hac Positura igitur, *securius, tutius, ac minus periculosum medium non datur, quàm si Infans abjectâ omni cunctatione vertatur, Pedibusque extrahatur.*

De Partu difficili, ex Utero in alterutrum latus nimium obliquato.

NOBIS hic Sermo eſt de Utero cujus Fundus profundiùs in dextro latere ſitus eſt magis ad *Poſticam* quàm ad *Anticam* vergens; nimirùm profundiùs plerùmque in Latere ad Lumbos ſitus eſt, quam Poſituram difficillimam ego æſtimo, quippè Uterus altiùs quodammodò ſuſpenſus Partum tam difficilem haud reddit, quàm talis Uteri poſitura.

Signa.

- Os Uteri altiùs ſuſpenſum eſſe.
- Difficulter attingi poteſt.
- Applicitum illud reperiet Spinæ ſiniſtri Oſſis Pubis aut Coxendicis.
- Non integrum Os Uteri, ſed inferior ejus Ora tangi ſaltem poterit.
- Aut omninò nihil, aut parùm ſaltem, inferiorem nempè Capitis Infantis Partem tactu aſſequi poterit, niſi forſan (Ore Uteri Spinæ dictorum Oſſium nondùm validè appreſſo) locus adhuc detur, uno vel pluribus Digitis inter illa penetrandi, Verticemque Infantis tangendi.
- Infantis Caput tactu ſentiendum eſt per intermedium Uterum & Vaginam, non autem nudum, tranſverſim Pelvi impoſitum.

In hoc caſu Infans quamprimùm vertendus Pedibuſque prehenſis extrahendus eſt.

Incommoda

Caput Infantis obſtringitur ſupra Spinam ſiniſtri Oſſis Pubis aut Coxendicis.

Aquæ furtivæ.

Dextra Infantis, hâc poſiturâ ſæpè excluditur.

Dextrâ in Os detrusâ, Caput Infantis magis magiſque ſursùm adigitur & Collum adeò flectitur ut Infans emoriatur.

Vertex Capitis in Spinam Oſſis Pubis aut Coxendicis illabitur, & ſupra Spinam, Doloribus urgentibus adeò premitur, ut Cerebrum collidatur, & Infans ante Partum emoriatur.

Mater quoque emoritur, Infante in Utero remanente, priùs ad quatuor, quinque ſeu ſex Dies, perpetuis Doloribus defatigata.

Quo pacto removendum?

APHORISMI. — *Si mulier, ineuntibus puerperii doloribus, aliquot retro dies alvum non exoneraverit, Clyſtere adhibito dejectio cienda eſt, ut liberior Infanti detur exitus.*

Miſſio ſanguinis è Brachio magno erit primiparis uſui, ſi modo validi ſint temperamenti, fiatque dum arteriarum pulſus ex doloribus augentur. Reſpiratio libera ad augendum Puerperæ nixus & promovendum Partum plurimum confert.

In quolibet Geſtationis intervallo, ſi aquas formatas ſenſeris, id eſt protruſas, & Infantis capiti inter dolores cumulatim præmiſſas, pro certò habeas iſtam Mulierem parturire.

Fœtus Membranæ nunquam inter nixus dilacerandæ ſunt, niſi adeò pateat Os Uteri, ut Partum illi-

APHORISMI. — *illicò factum iri speres, aut id suadeant profluvia, Convulsiones, vel hujusmodi res natæ.*

Parciùs utendæ sunt unctiones oleosæ in Puerperiis ne ingenua humiditas Uteri mucosa perdatur, quam sæpe butyro vel quâvis aliâ unctione utiliorem invenies.

Parturienti fugienda sunt omnia alimenta & juscula quæ nimium calorem inferre possunt.

Mulieres, quarum Infantibus capita sunt prælarga & Humeri ampliores solito, gravissimis doloribus in Puerperiis afficiuntur, maximè autem primiparæ.

Aquæ maturè nimis profluentes, Infantis magnitudo nimia Funis Umbilicalis Infantis collo, vel cuivis alii parti circumvolutus, Facies Infantis sursum spectans; Hæc omnia productius & molestius Puerperium reddunt.

In difficilibus & operosioribus Puerperiis ipsa opem fert Natura, in iis verò, quæ præter naturam accidunt (sicubi Fœtus grandior iniquam positionem fuerit nactus) frustrà nititur natura.

In omnibus præternaturalibus Puerperiis quæ ex sola positione Infantis mala oriuntur, cum primum os uteri satis patet, aut dilatari impune potest, tum manus caute immittenda est ut opus perficiatur.

In plerisque pravis positionibus quibus Infantes

APHORISMI. — *obſtetricanti ſeſe offerunt, prehenſis Pedibus Fœtum educere conſultiùs eſt, quàm ut ad ſitum naturalem reducantur, dare operam.*

Si quando non poſſit fieri ut Mater ſimul & proles ſalva ſit, Matris vita ſemper infantili anteponenda eſt.

Si Infantis ſitum in utero ita mutare velis ut prehenſis pedibus educatur, videſis manum membranis Fœtum involventibus inferas. Ut Uterus, his interpoſitis nihil detrimenti ex operatione, capiat.

Mulierum ſæpe exiguitas pravam Infantis poſitionem efficit cum non ſatis loci habeat ut ſe in Utero vertat.

Mulieres quibus grandiores ſunt Infantes, ineunte puerperio, remiſſiores dolores experiuntur, quoniam Fœtus grandior non ſine difficultate deſcendit, ut exitum occupet.

Puerperium primum Sequentibus plerumque gravius eſt.

Deformes, Gibboſæque mulierculæ gravioribus puerperii doloribus laborant.

Vomitus immodici & violenti ſummum dant abortionis periculum cum mulier proprius accedat ad pariendi tempus.

Vomitus verò inter puerperæ labores, ſi ſupra modum non ſint, nunquam non uſui ſunt.

Si

APHORISMI. — *Si mulier quatuor diebus in Partu laboret, vix fieri poteſt, quin Fœtus moriatur.*

Si qua in pudendo muliebri ex partu difficili mortificatio fiat plurimum periculi eſt ne corrupto veſicæ collo ibi tandem Fiſtula enaſcatur.

Si ob Fiſtulam poſt difficilem partu murinam Mulier præter Voluntatem temerè dimittat, idque tres totos menſes fiat remedium ferè fruſtrà ſperabit.

Affectus ſoporoſi & convulſiones in Partu difficili ſupervenientes, ut plurimum ſint lethales.

Si inquit Hippocrates, Pregnans multo tempore cohibeatur, & parere non poſſit, ſed diebus pluribus ex Partu dolore laboret, ſit autem Juvenis & in vigore & multo ſanguine referta; ſecare oportet venas in malleolas, Sanguinem detrabere; virium reſpectu habito.

Si à Plethora difficultas pariendi oriatur, quod innuere voluit *Hippocrates*, non eſt dubium, quin maximè conferre poſſit, cùm Venæ, plurimo Sanguine refertæ, omnes vias interiores anguſtiores efficere ſoleant : undè fit, ut in dolore Nephritico etiam ſimilis phlebotomia ſæpè miranda præſtat, & Calculorum tum in Renibus, tum in Ureteribus contentorum excluſionem facilitet.

Abſente uteri vel Infantis ſitu pravo clyſteres acres injiciantur, quorum irritatione Uterus ſtimulabitur, depleta inteſtina ampliorem locum Infantis exitu relinquent.

De

De Partu difficili ex defectu Dolorum aut à Pravis ac Tergiversantibus Doloribus.

PER Dolores naturales intelligimus, tales motus ultrò exorientes quibus Ventris & Inteſtinorum Muſculi adſtricti *tantam Depreſſionem Impetumque in Uterum faciant, quaſi e Corpore expellendus eſſet;* atque horum Dolorum impulſu aperitur Uterus, Fœtuſque in Oſtium & porrò per illud expellitur, & hoc pacto Fœmina feliciter Partum edit.

Fœminæ Doloribus tergiverſantibus laborantes, corripi videntur *vehementibus deprimendi Conatibus*, qui quaſi *repentini Nimbi ingruunt : antequam verò penetraverint aut* Depreſſionem veram fecerint, ceſſant iſti motus, ac *in cruciatum aut Spaſmum laborandique Impotentiam mutantur.*

Quomodo removendum?
- Medicamentis propellentibus non utendum eſſe.
- Lenientia & Anodyna adhibenda.
- Si Opus videbitur ad concitandos Dolores ut Infans expelleretur, conſiderandum eſt an Incommoda?
  - Clyſtere?
  - Exercitatæ operâ manus?

De Monſtrorum & ejuſmodi Infantum excluſione, qui in Utero quàm maximè obliquato rectè quidem verſi, ſed Capite pravè in Cavitatem Pelvis delapſi, inibique immobiliter coarctati ſunt.

DUOS tantùm *Caſus* dari arbitror, ubi Inſtrumenta uſui eſſe poſſunt ſcilicet, ſi Infantes ob monſtroſam *magnitudinem* totius Corporis, aut Partis alicujus, Pelvem, proportione ſuâ nimis parvam, integri tranſire prorsùs non valeant. Aut *ſi propter Negligentiam vel Inſcitiam Obſtetricis, in Utero quàm maximè obliquato, Infantis rectè verſi Caput in anguſtam Cavitatem Pelvis delapſum, inibique ſimul cùm Humeris adeò coarctatum ſit, ut ad impetum Dolorum validiſſimum ne minimè quidem percipiatur Deſcenſio.*

Talibus Caſibus quibuſcunque remediis fruſtrà tentatis, ut Saluti matris conſulatur, *Infantem illum tanquam mortuum oportet tractari & extrahi.*

In Hydrocephalo aut Aſcite commodè aperitur — Quomodo?

APHORISMI. — *Infantes Aſcite ac Hydrocephalo affecti, in utero matris plerùmque moriuntur, ſin minùs, citò poſt Partum, quod quidem de Monſtris affirmari poteſt.*

Si Infans cujus Humeri ſunt anguſti prolato capite etiamnum in Oſtio hæreat, monſtroſum eſſe, vel hydropicum exiſtimare licet.

APHORISMI. — *Infans Hydropicus multò faciliùs quàm monſtroſus, utpote qui, miſſis aquis ſimplici punctur â extenuari poſſit quo minus præ tumore hæreat.*

Cum Sectio Cæſarea mortem parenti certiſſime illatura eſſet, nunquam niſi extemplò poſt defunctam vitâ Matrem perficienda eſt.

Inſtrumentis ne quidem ad extrahendum mortuum Infantem uti oportet, ſi à manibus poteſt fieri.

Inſtrumenta quibus Infantes Mortui extrahuntur lævia per totam longitudinem eſſe debent nequa aſperitas uterum vulnerare poſſit.

Curâ Opus eſt maximâ ne, quem credideris Mortuum, vivus Infans ferramentis male mulctetur.

Cùm primum Mulieri parituræ accerſitus eſt Medicus ſeu Chirurgus obſtetricans hæc ſunt diligentiſſimè obſervandæ, *viz.* ut ſine mora Parturientem tactu exploret, & ut inde locum Oris Uteri rectè cognoſcat, ſcilicet,

an ſitum ſit { ſuper mediam Pelvem. / in antica ad Oſſa Pubis. / in poſtica ad Vertebras ſive Os Sacrum. / in { dextro / ſiniſtro } latere.

& quàm latè Os pateat, & quid in eo prævium exhibeatur;

Si Vertex Infantis invenitur in Oſtio oris Uteri, atque Os Uteri ſuper Pelvem, aut in Pelve ſitum eſt, aquis protuberantibus, tunc nullo Negotio Opus eſt; & ſolùm expectandum, dum Natura parturientem Dolorum Impetu ad laborandum concitet, qui quoad uſ-

usque cessant, aut pigriores sunt, non Opus est, ut parturiens laborando defatigetur, sed Dolorum impetum securè licet expectare.

Si altius verò, Os Uteri situm est magni Capitis, aut parvæ Pelvis argumentum est, contra, si demissius jam descenderit Os Uteri, parvi Capitis, aut amplæ Pelvis indicium est hocque posteriùs faciliorem Partum promittit, quàm priùs.

Si Ore Uteri in Pelvem directo, nec Caput, nec Nates, possunt tangi, & nihil in Ostio exhibetur præter Aquas, partûs difficilis indicium est, Infans enim transversim prodit, quare mox post affluvium Aquarum Caput in Ostium producendum, aut Infans *pedibus prehensis* extrahendus est.

Si Os Uteri rectà in mediam Pelvem quidem tendit, loco autem Capitis, altera solùm Manus, Pes, Genu, Cubitus, Vena Umbilicalis, aut Manus unà cum Pedibus prodeant, Periculum imminere memento.

Si tactu observas *Infantem nimis alte adhuc situm esse*, non morandum est, neque Doloribus ad Laborem concitata est parturiens, nam sine Auxilio maturo Mater & Infans perituræ sunt.

Si tactu observas Os Uteri super mediam Pelvem non situm esse, sed in Antica ad Ossa Pubis, aut in postica ad Os Sacrum, aut in latere ad Ossa Coxendicis nimis conversum esse; tum etiam Periculum imminet, majus autem si multùm eo declinet, altiusque illis objaceat, & maturè & cum Arte adjuvanda est Mulier.

Si observas Os Uteri altius & validius huic vel isti Ossi objacere, tunc à Natura enixum noli sperare.

Utero seu rectè, seu plùs minùs obliquè posito, & membranâ ruptâ, membrum aliquod, sive manus, sive pes, *&c.* excluſum sit, id indicat quòd Infans confestìm ac sine mora pedibus prehensis extrahendus est.

Si Utero adhuc alte ſuſpenſo, Membraniſque nondum ruptis, Dolores vehementes ſine ſucceſſu irruunt, diligenter cavendum eſt, ne Uterus ſimul cum Infante in anguſtias compulſus ſit, & quamprimum Pedibus quæſitis & prehenſis, extrahendus eſt Infans, ne Mater aut Infans aut ambo expirent.

De Conceptione.

- **Fœcunditas Viri**
  - Quid?
  - Signa ex
    - Sanitate.
    - Semine
      - Craſſo.
      - Gravi.
    - Habitu Partium.
    - Appetitu Venereo. — Quali?
- **Fœcunditas Fœminæ**
  - Quid?
  - Signa ex
    - Sanitate.
    - Habitu quoad
      - Menſtrua
        - Quid?
        - Situs?
        - Duratio?
      - Formationem.
      - Elaſticitatem.
    - Appetitu venereo. — Qualis?
- **Fluxus Menſtruus**
  - Unde? à
    - Plethora.
    - Lentore Sanguinis.
    - Vaſorum Ruptione.
  - Curatio
    - Quiete.
    - Situ Corporis.
    - Abſtinentia à
      - Venere.
      - Irritantibus.
      - Calefacientibus.
    - Adſtringentibus frigidis
    - Venæſectione.

APHORISMI. — *Mulieres quæ justis Temporibus menstruant, bena plerùmque Sanitate fruuntur.*

In quibuslibet Morbis à Suppressione Mensium provenientibus, Venæsectio plerùmque est necessaria.

Fœminæ juniores rarò ante concipiunt quàm Menstrua iis contigerint, Puerperæ rarò, nisi post Menstruorum reditum, iterùm concipiunt.

Excretiones Sanguinolentæ Uteri in Muliere sexagenaria, Menstruales non sunt, sed Excretiones potiùs Symptomaticæ, & sæpe Cancri Mortisque prodromi.

Plures Fœminæ inter Annum Ætatis quadragesimum quintum & quinquagesimum, quàm in quovis alio Vitæ Stadio, moriuntur.

Sanguis Menstrualis Mulieris sanæ, nequaquam differt à Sanguine qui Vasis inest.

Sola Mensium Suppressio Virginibus Inappetentiam Nauseam & Vomitus, instar Utero gestantium sæpe adfert: Fluor etiam serosus è Mammis profluit, verum Lac nunquam nisi Gravidis.

Purgatio non debet inter Menstruandum, neque sub Menstruorum Tempestatem adhiberi, sed post Evacuationem finitam.

Mulieres ante Conceptum Valetudinariæ è Men-

APHORISMI. — *ſibus parcius æquo profluentibus, poſt Partum, plerumque ſaniores evadunt, Arteriis evacuationi menſtruali inſervientibus, ampliores redditis.*

Rheumatiſmo ſæpe laborant Mulieres quæ menſtruali Evacuatione juſtâ carent, Arthritide raro.

Evacuatio menſtrualis prima Menſes aliquot poſt Partum abundantior plerumque fieri ſolet, nullo tamen Periculo.

Puellæ Valetudinariæ tredecim vel quatuordecim Annorum, quibus Menſtrua nondum contigerunt, rarò niſi poſt hanc Evacuationem convaleſcunt.

Mulieribus Menſtrua vel Lochia demittentibus, abſtinendum eſt ab omni motu violentiore, ne aut modum excedat Evacuatio, aut Uterus jam tumidus & profluens, Damnum accipiat.

Fluxus menſtrualis quibuſdam Mulieribus primis Utero gerendi Menſibus eveniens, debito tempore Menſtruorum contingit, adhibitâque Curâ impune.

Hydrops in Ventre à Menſtruis magna ex parte, vel omninò deficientibus, plerumque oritur.

Sterilitas
- Viri undè? à
  - Vitio Partum
    - Semen conficientium.
    - Ejaculantium.
    - Fœminam irritantium.
  - Æstu Venereo præpropero.
- Fœminæ undè? à
  - Vitio Partium.
  - Habitu minùs irritabili.

Ad Conceptum minùs idoneæ sunt Mulieres
- Majores, Parvis;
- Crassæ, Tenuibus;
- Rubicundæ, Albis;
- Lividæ, Nigris;
- Quæ Venas non habent conspicuas.
- Mammas parvas non tumidas habentes.
- Non ritè Menstruantes.
- Utero male temperato, vel Ore Uteri retracto, prono, aversò, concluso, & eversò.

APHORISMI. — *Mulieres quibus Uterus male temperatus est calidior, aridior, frigidior, humidiorve justo plerumque steriles sunt.*

Mulieres steriles Valetudine magis laborant, quàm cæteræ.

Oritur plerùmque Sterilitas, Fœminarum Vitio, triginta enim Mulieres Steriles, in singulos Viros Impotentes, si divisio fieret, inveniri possunt.

Os Tincæ in Sterilibus plerùmque tenuis & arctiùs est, quàm Fœcundis.

Nonnullæ Sterilitatem pro tempore solùm patiuntur, quippe quarum Temperies ita Ætate mutatur, ut Procreationi tandem inserviat.

APHO-

APHORISMI. — *Falsus sæpenumero Conceptus in Mulieri sterili, futuræ Fœcunditatis est Præcursor.*

Balnei calidi Usus adhibitis posteà Aquis mineralibus, multùm prodesse potest, Sterilibus, amovendo Uteri Obstructiones, undè orta est Sterilitas.

Mulieres quæ, intermissâ paucos Annos Prægnatione, pinguiores fiunt, sæpissime in futurum omninò non pariunt.

Sunt & Mulieres quæ cum Viris aliis sunt Steriles, aliis Fœcundæ.

Mulieres quibus parciùs profluunt Menstrua difficilius concipiunt.

Mulieres quæ post Annos aliquot in Sterilitate consumptos tandem concipiunt, sæpe continuæ Fœcunditatis compotes fiunt, Vasis Menstruali Fluxui servientibus Prægnatione dilatatis, & in posterum liberiora factis.

Aquæ in Utero nonnunquam generatæ, non semper à Membrana circumcluduntur, si Mulier coïre non adsuevit.

Hydrops in Ventre, qui durante Prægnationem contigit, post Partum sæpe angetur.

Quamplurimæ Mulieres propter *Abortum* seu *Partum difficilem*, Steriles evadunt, ob *insignes Lacerationes* quæ Uteri Dispositiones omninò evertunt; & Mulierum Mortuum Autopsia, non rarò observamus *Tubas Fallopianas* non solùm circa Uteri introïtum claudi

&

& cohæreſcere, ſed etiam circa extremitatem earundem fimbriatam, & magis apertam, ubi dum Placentam paulò arctiùs adhærentem, extraheret *Obſtetrix imperita*, & violentiſſimè tractaretur; & coälitione ortâ extremitatis Fimbriatæ Tubarum, ab Inflammatione quâ Partes Utero contiguæ correptæ ſunt, poſt aborſum, ſeu Partum laborioſum malè adminiſtratum: Undè abundè liquet, quàm exitioſum ſit, in Partu, vel Abortu difficili, *Obſtetricantibus utì imperitis, aut etiam Medicis vel Chirurgis, non ſatis inſtructis, & Exercitatis, in Arte Obſtetricaria.*

Conceptio. Signa ex Quid?
- Venerei Appetitus Æſtu.
- Languoris tempore.
- Uteri *ſiccitate* & quâdam *Suctione* à Coïtu.
- Calore & Motu in Pelvi; qui *Extaſis ſecundaria.*
- Appetitu à ſolitis ad inſolita tranſlato.
- Nauſeâ.
- Vomitu.
- Virium proſtratione per duos Menſes.
- Menſtruis ſuppreſſis cum Euphoria.
- Abdominis complanatione.
- Ore Tincæ { clauſo. / aucto. / molli. }
- Abdomine antrorsùm & deorsùm ſine Moleſtia tumido.
- Umbilico elevato.
- Motu Fœtûs quarto Menſe.
- Ore Tincæ attenuato ſexto Menſe.
- Mammis & Papillis { duris. / tumidis. / elevatis. }
- Areolis Mammarum papilloſis
- His quandoque accedit { Efflorescentia in Cute / Somnolentia. }

APHORISMI. — *Quæ præter Naturam craſſæ ſunt non concipiunt, iis Omentum Os Uteri comprimit, neque priuſquam extenuentur, Prægnantes efficiuntur.*

Quæ frigidos, & denſos habent Uteros, non concipiunt, neque quæ præhumidos habent: ſiquidem in ipſis genitura extinguitur, & quæ plus æquo ſiccas & adurentes; Alimenti namque inopiâ Semen corrumpitur, atque ex utriſque moderatam nactæ ſunt Temperiem, eæ Fœcundæ evadunt.

Si Mulieri purgationes non prodeant, neque Horrore, neque Febre ſuccedente, Ciborum verò Faſtidia ei accidunt, Gravidam eſſe exiſtimato.

Plurimæ mulieres ineuntem Conceptionem ignorant, menſtruis, duobus prioribus menſibus rite profluentibus, ideòque ſibi videntur ſeptimo vel octavo menſe peperiſſe, cum revera novem toti menſes ſint peracti.

Mulieres intra ſextum poſt menſtruorum evacuationem Diem, multò facilius, quàm aliàs, concipiunt.

Totum Fœtûs Corpus formatur primo Conceptûs Die, & tunc Temporis Semine milii non grandius eſt; reliquum autem geſtandi Tempus ſolum Vires magnitudinemque addit.

Superfœtatio nequaquam fieri poteſt niſi poſt ſextum à Conceptu Diem, quia neceſſe eſt ſecunda ſe

APHORISMI. — *immiſceat primæ quæ membranam, quâ ſatis tueatur nondum ſit adepta.*

Superfætatio inter ſeptimum & trigeſimum poſt Conceptum Diem, ſi ulla unquam fieri poteſt, ſemper evenit.

Si qua Imaginationis vis Prægnantium Fœtûs Corpori notas poſſit imprimere, (ſunt enim qui hoc credunt) non niſi primis à Conceptu Diebus fieri poteſt.

Infans poſt novem totos Menſes peractos enatus undecim plerumque vel duodecim Libras Zygoſtaticas ponderat, Fœtus menſium octo, Libras ſeptem vel octo; ſeptem menſium fœtus circiter quatuor libras; trium Menſium Fœtus tres uncias non excedit; unius autem menſis Fœtus ſemidrachmam; decem Dierum ſemigranum; unde Fœtum primo conceptûs Die non excedere Magnitudinem ſeminis Milii facile poteſt intelligi.

Gravidæ quædam motum Fœtûs primo Menſe peracto percipiunt, complures non niſi poſt ſex ſeptimanas vel duos Menſes, pleræque verò ſub finem Menſis tertii, aliæ autem quarto demum menſe motum perſentiunt.

Utero geſtant plerumque Mulieres novem Menſes, & licet quibuſdam complures addantur Dies, decimum ſeu undecimum Menſem nunquam excedunt.

Infantes poſt juſtum novem Menſium terminum nati, grandiores ſolito ſunt.

APHORISMI. — *Quo propriùs accedit Fœtus ad juſtum terminum, eo ſemper firmior & grandior ſolet evadere.*

Infantes quos ſeptimus revera Menſis protulit, rariſſimè vivunt, è numero autem eorum quos in Lucem edidit Menſis octavus, Pars major Vitæ compotes fiunt, adſit modo nutrix diligens & perita.

Conceptiones falſæ
- Ventus.
- Aqua.
- Mola.

Conceptio Aquoſa
- Situs? in { Ovariis / Utero } Unde?
- Signa? ex { Abdominus { Dolore / Forma } Unde?
- Colore Vultûs pallidiore.
- Curatio { Purgantibus, / Chalybeatis, / Balneis, / Emeticis, } ordine uſurpatis.

Conceptio Molæ
- Quid?
- Undè?
- Signa? ex { Ventre { duriore. / magis dolente. / Motu { raro. / diverſo. / Gravitate magis moleſta. / Mammis flaccidis.
- Curatio?

APHORISMI. — *Mulieres falsâ Prægnatione gravidæ, Ventrem habent undiquè æqualiter extensum, iis verò, quæ Fœtum in Utero revera gerunt, gibbosior eminet Venter.*

Cùm dubium sit an Mulier conceperit necne, post quartum quintumve Mensem peractum, si Umbilicus introrsum depressus sit, & Os Uteri arctum & durum, tum demum Mulierem non concepisse profiteri licet.

Indicia Prægnationibus incerta Mulieribus non justis Tempestatibus, menstruantibus plerumque accidunt, præcipue Annum Ætatis trigesimum quintum vel quadragesimum agentibus.

Ea verò quæ de se narrat ipsa Mulier, modò fida sit, certissimo erunt Prægnationis indicio.

In Fœtatione vera, Infans seipsum Partesque sui movet, sed Mola unicum habet motum hinc illinc decidendi, fortasse etiam convulsivus, quidam Tremor, quem dat Uterus exinde irritatus, sentiri potest.

Mola nihil aliud est quàm Conceptio falsa, quæ manendo in Utero ultra Tempus, in quo Natura hujusmodi Materiam extraneam solet expellere, incrementum magnum accepit.

Falsa Conceptio sive Mola, nulli unquam Mulieri citra coitum, contingit.

APHO-

APHORISMI. — *Molæ non niſi in Uteris mulierum generantur, in cæteris Animalibus rarò aut nunquam inveniuntur, quippe quæ plerumque non niſi certis Temporibus coëunt, idque quum natura ad veram Conceptionem parata ſit.*

Mola nullam Placentam, nullum Funem habet, cum ipſa plerumque nihil aliud ſit quàm quædam placenta morboſa, ex qua Fœtus latens evaſit, in primis poſt conceptum diebus.

Cum veræ Molæ Conceptionis ſint prægrandes, id Genus Corpora præternaturalia rarò ultra juſtum terminum pariendi, in Utero manent.

Imò hæ Conceptiones falſæ, ſæpiſſime ante tertium expelluntur.

Morborum omnium Naturam *inveſtigandi Methodus.*

AD ſanandum Morbum quemlibet certa ipſius Morbi & aptiſſimi Remedii Cognitio perneceſſaria eſt, fieri enim non poteſt ut ſanetur Morbus ſecundùm Artem cujus *Natura* latet Artificem; quâ quidem parùm ſcienter exploratâ, multorum ſæpe Medicorum periit Labor & Sedulitas; utpotè qui ex Symptomatibus Diagnoſticis nihil fermè niſi Nomen morbi collegerint, dum *ſecundariis* & fortuitis Symptomatibus tanquam monitoribus in curando uſi ſunt: Quum vera Morbi *Natura* rectiſſimè ſemper ex Diagnoſticis ſolis quæratur, & illorum indiciis freti, Indicationes verè curativas, Morbi Remedium indigitantes, inveniemus: & cùm hæ Indicationes, ex Ratiocinatione de Naturæ *Phænomenis* facta colligantur, ut quiſque maximè *Oeconomiam animalem* exploratam habet, ita facillimè Morbi alicujus *Naturam* intellecturus eſt; Neque enim niſi *penitus*, intellectâ *Oeconomiâ animali*, poſſumus de *Cauſis*, *Signis & Symptomatibus* Morborum ita ratiocinari, ut eorum *Naturas* deprehendamus, & inde fidas & certas *Curationis Indicationes* deducamus. Hæ igitur quæ ſequuntur pernoſcere oportet, ut rectè intelligatur ipſius Morbus; ſcilicet,

1. Cauſam proximam, & Morbum ſemper concomitantem.

2. Sedem, Parteſque vitiatas,

3. Meatus per quos Malum progreditur,

4. Signa ejus inſeparabilia,

5. Symptomata, quæ Morbo cuiquam adeſſe ſolent.

6. Singula Symptomata, diſcretim ita ut internoſcantur.

In his Rebus præcipuis, quo minùs quis erraverit, eo feliciùs Morborum curationi operam navabit, his enim recta itur ad ſanationem.

Nihil autem magis eſt neceſſarium quàm ut *Morbus* & *Symptoma* internoſcantur, nec levis impendenda eſt huic rei diligentia; hic enim nonnulli fermè omnium ſeculorum, ex iis etiam qui inter peritiſſimos habebantur, allucinati ſunt: & hujus Rei ſanè inſcientia, maximo (ſi non ſolo) impedimenta eſt, quo minùs Medici ſæpè veram Morbi alicujus originem deprehendant, cum id eſſe *Morbum ipſum* exiſtiment, quod nihil aliud eſt quàm Morbi Symptoma; imò fortaſsè, ab ipſo Morbo longè adeò abeſt, ut ne quidem Signum characteriſticum ſit Morbi, ſed *Symptomatis tantùm Symptoma*: dantur enim ea perſæpè Symptomata, quæ non *ex proxima & ſemper adjuncta Cauſa* Morbi, ſed ex priore aliquo ſymptomate enaſcuntur, uſque adeò conſulto Opus eſt, ut *proximam & immediatam Cauſam*, *Symptomata* ſive *Accidentia* ritè internoſcas.

Exemplo ſit Dolor Dentium: eſſentia hujus Morbi genuina eſt Perioſtii diſtenſio violenta ab Humore aliquo facta, unde, hujus Membranæ formâ ſituque vi permutatis, *Moleſtia* excitatur graviſſima, quæ quidem non eſt ipſus Morbus, ſed Morbi Diagnoſticon, & Humor iſte, à quo fit moleſtia *Morbus eſt*; ſiqua verò *Inflammatio*, *Febris*, vel *Genarum Tumor* ſequitur, harum nullum eſt Morbi Diagnoſticon, ſed ex Moleſtia oritur, quæ ut diximus, eſt Diagnoſticon vel Signum characteriſticum Morbi, illorum unumquodque eſt Symptoma Symptomatis.

De Diagnoſticis Morborum.

MORBORUM Signa Characteriſtica quæ Diagnoſtica vocamus, ea ſunt, quæ ab Initio adſunt & eodem ipſo quo Morbus tem-

tempore nati, quasi una adolescunt, consenescunt, & decedunt. Et hæc sola sunt certa Morborum Signa; alia Signa, sive Symptomata quæ Morbum non immediatè sequuntur, ejusque *effectus proprii* non sunt, quippè quæ non semper adsint, fallacia sunt, quibus Fides minimè habenda est, & quæ in errorem duxerunt aliquando Homines scientissimos.

Signa igitur hæc Fallacia, inter *propria Symptomata* alicujus Morbi non sunt numeranda, sed inter secundaria scilicet provenientia ex quodam proprio Symptomate, & nimirùm sunt Symptomata Symptomatum; *vera* enim & *propria* Diagnostica Morbi cum illo pariter Initium & Finem sortiuntur, pariter matureſcunt, considunt, & evanescunt, & ex his Signis, Indicationes curativæ omninò colligendæ sunt.

De Symptomatis Morborum.

QUOD ad Symptomata alicujus Morbi attinet, imprimis Symptomata universa ab ipso Morbo cautè discernenda sunt, singula deinde inter se distinguenda sunt; id est, ea quæ continuò ex Morbo oriuntur & simul vanescunt, ab iis distinguenda sunt, quæ non Morbus ipse, sed ejus Symptomata tantùm pepererunt. Et ea Symptomata quæ usque ita Morbo adhærent, ut simul nascantur, simul decedant, sicut supra observavimus, sola certa Morbi sunt Indicia.

Ut Exemplo familiari autem, dilucidior fiat hæc Res, eodem quo supra, iterùm utamur, scilicet *Dolore Dentium*: hic *Molestia* præcipuum est & gravissimum Symptoma, non tamen ipsus est Morbus, nec Morbi Causa, imò haud simplex Symptoma est, quandoquidem ab ea alia etiam nasci solent, nempè *Febris*, *Inflammatio*, *Genarum Tumores* & hujusmodi, (præsertim si Molestia fiat acerrima) quæ quidem, cum ex *Molestiæ* Acerbitate proveniant,

Symptomata sunt Symptomatis tantùm; *Febris* porrò, & *Inflammatio*, &c. nec totaliter, nec ex parte, Dentium Dolorem pariunt; Dolere enim Dentes possunt absque his, idque sæpissimè evenit: *Tumor* autem neque simul cum Morbo oritur neque considit, imò non semper adest, neque est ejusdem generis atque *Humor* Molestiam exciens; sed solùm Symptoma est hujus Morbi, vi Molestiæ excitatum, & Partium consensu Humorumque affluxu conflatum.

Jam tandem, uti speramus, ob Oculos ita perspicuè posita est *Naturam* & Causam Morborum investigandi Methodus, explorando scilicet Sedem, Partesque affectas, & dignoscendo Diagnostica, & Symptomata, ut manifestè pateat, quam necessè sit, non tantùm Diagnostica & Symptomata, à Morbo, sed hæc, etiam ab illis, rectè distinguere: Hinc autem quæ potissimùm Remedia adhibenda sint, ad sanandam quemvis Morbum meliùs judicari potest; neque sanè priùs speranda est sanatio, quàm penitùs cognoscatur Morbus.

Ex hac etiam Methodo, dum Morbum perscrutamur, ea simul discimus Indicia, per quæ sola, fidenter de Morbo prognosticare licèt, *hoc est*, *quis Casus Ægrotum maneat prædicere*; id autem rectè fieri non potest, nisi, exploratâ Morbi Naturâ, ejus Quantitas & Vis, simul cum robore naturali Ægrotantis, & Medicinæ Virtute, quasi trutinâ suspendatur; Prognostica igitur non nisi ex disquisitis Morbi Diagnosticis, possunt colligi; ex quibus, *qualis quantusque* sit Morbus, *quantæque* simul Ægrotantis Vires comperimus. Porrò ut hâc Methodo Medicinarum quoque Vires, Efficaciamque docemur, ita ipsæ Medicinæ lucem referunt, & magna ex parte Judicium de Morbo obfirmant, sicut Hippocrates scienter dixit. Medicina est Morbi Index.

Hâc igitur Methodo Morborum omnium, quibus humanum Corpus unquam tentatum est, vel tentari potest, *Naturam* investigamus; & siquando novus, & adhuc inauditus Morbus enascatur, hâc *Naturam* ejus enucleatam habebimus, hâc quibus Remediis

ſanari poterit, diſcemus; Morbum enim dignoſcere eſt Sanationis Principium.

Optimus fermè quiſque Medicus eam Morbos curandi Methodum quæ Indicationibus deductis ex *perſpectis cauſis conjunctis* nititur, comprobavit. Harum autem Cauſarum cognitionem, nemo ſine diligenti & aſſidua Obſervatione, & Recognitione *Phænomenorum* iſtorum quæ ſinguli ſuis Temporibus Morbi exhibere ſolent, poteſt aſſequi: quicunque igitur *Hiſtorias* Morborum percalluerit, eorum etiam *Naturam hâc Methodo* inveſtigare poterit; nam manca foret Ars Medica niſi *Phyſica Scientia Hiſtoriæ Morborum Cognitioni accedat*, nempè,

Alteriùs ſic altera poſcit opem,

ut hâc rectè uti abſque illa nequeamus; & quo pleniùs *Oeconomiam Animalem* perſpexerimus, eo certiùs & faciliùs Morborum *Naturam* expiſcabimur.

"*Omnis enim Philoſophiæ Difficultas in eo verſari videtur, ut*
"*à Phænomenis Motuum inveſtigemus Vires Naturæ, deinde, ab*
"*his Viribus demonſtremus Phænomena reliqua.*"

Hæc eſt magni *Newtoni* Obſervatio.

Ita mutatis mutandis confido, & datis cujuſvis Morbi Symptomatibus, ejuſdem etiam *Natura*, his modis inveſtigandi, facilè erui & explicari poteſt.

Hanc Morborum *Naturam* inveſtigandi Methodum, (quam ex optimis Auctoribus dudum collegi, propter eam quam mecum inſtitueram medendi rationem,) omnibus iis Morborum *Hiſtoriis*, quarum Auctores Cauſas certas, Signa & Symptomata ritè deſcripſerant, & diverſas ejuſdem Morbi Species accuratè diſtinxerant,

omnibusque iis Morbis & eorum singulis *Phænomenis*, quorum curationi ipse interfuerim, sedulò semper accommodavi: & cùm plurimùm Utilitatis ipse inde perceperim, nullus dubito quin hi omnes, qui eâ quâ par est diligentiâ his institerint vestigiis, id commodi sint inventuri quod Ægrotantibus prosit, sibi ipsis satisfaciat.

Gravidarum Morbi.

Vomitus.
- Unde?
- Quo tempore { incipit? / desinit.
- Effectus? { Abortio.
- Curatio { Venæsectione. / Leni Catharsi. / Stomachicis.
- Usus? *Secundum Naturam*, Uteri Expansio.

Dolor { Lumborum / Renum / Inguinis
- Qualis?
- Unde? { Situ. / Oleosis. / Venæsectione.
- Curatio?

Dolor Mammarum
- Unde? { Leni Calore. / Oleosis.
- Curatio? { Venæsectione.

Tumor Crurum & Varices
- Unde?
- Curatio? { Situ. / Compressione.

Labiorum Tumor
- Unde?
- Curatio?
  - Fomentatione.
  - Diureticis.
  - Scarificatione.

Descensus Uteri
- Unde? à
  - Violentiâ quâdam.
  - Laxitate naturali.
- Effectus? Uteri
  - Inflammatio.
  - Tensio.
- Curatio
  - Quiete.
  - Situ Corporis.
  - Pessario.
  - Adstringentibus topicis.

APHORISMI. — *Descensus Uteri, omnibus temporibus quibuscunque Mulieribus, & nonnunquam etiam Virginibus potest accidere; sed ut funditus invertatur Uterus, non nisi ex continenti post Partum accidit.*

Mulieres ante prægnationem Uteri Descensum passæ, inter Parturiendum incedere vel assurgere non debent, iisque lecto incumbentibus, facilior & tutior fit Partus, quàm Sellæ insidentibus.

Si alimenta, quæ apprimè appetunt Gravidæ, optima & ad Nutritionem maximè idonea non sint, omninò tamen anteponenda sunt iis alimentis quæ fugiunt & oderunt.

Si mulieres gravidæ quidquam frigidiùs, vel cui glacies inest biberint, exinde Cœliacam Passionem sæpe patiuntur, & Abortionem faciunt.

APHORISMI. — *Mulieres gravidæ quibus acescere sive ardorem pati solet Stomachus, ab acidis fructibus immaturis, saccharo, abstineant, vel etiam vinum fugiant, nam vinum ut alimenta in Stomacho accescant efficit, ipsumque est acidum.*

Mulier Abortioni obnoxia, post Conceptionem à Coïtione omninò abstinere debet.

Mulier prægnans sub Mensem postremum termini debet quiescere, quia circa hoc Tempus, sese vertit Infans ut naturalem situm capiat, & prægnantis motus potest efficere, ut Infans, non recto ut debet, sed obliquo motu, vertatur.

Adstringentibus inter Curationem Fluoris Albi nunquam utendum est, nisi Corporis Plenitudine purgationibus, detractione Sanguinis, & id genus idoneis remediis jam satis diminutâ.

Fluorem Album Puellis etiam posse accidere à tertio ad quemlibet Ætatis Annum, observare licet.

Aquæ minerales Fluore albo laborantibus, modò non gestent utero, plurimum prosunt.

Uteri Suffocatio ex suppressis & corruptis Menstruis, vel Lochiis, oritur.

Odoramenta quæque Mulieribus, quarum Uteri suffocari adsueverunt, nocent, maximè autem si post Partum fieri solet.

Si Mulier prægnans Lue Venereâ afficiatur, ido-

APHORISMI. — *neis remediis in ſex prioribus geſtationis menſibus impunè poteſt uti, in reliquis autem tutiùs eſt Partum expectare.*

Ulcera Venerea Labiorum, Vaginæ, à Salivatione facile ſanantur, ſiquæ verò ipſum uterum, ejuſve os occupaverint, his nullâ medetur Arte.

Si Res poſtulat ut Mulier gravida purgetur, Sanguis e brachio amittatur ante aliquot Dies.

Mulieribus gravidis, quibus iter longum faciendum eſt, Sanguinem e Brachio ſemel amittere, debent, aliquot Dies antequam iter capeſſant, quo meliùs injurias, quas itinerandi motus inferre poteſt, evitent.

Varices crurum Mulieribus gravidis aperiri non debent, quia illa evacuatio eundem effectum, ac ſi Sanguis ex Pede extrahatur habet.

Mulier gravida, vel non gravida, Hæmoptyſin, Tuſſim, Ardorem Stomachi, vel Uteri Fluxionem patiens, purgari non debet.

Mulieres quibus Sanguis uterinus in primis geſtandi Menſibus profluit, Sanguinis quantitatem modicam e Brachio amittant, ſimul & quieſcant, omninò non coëant.

Multùm Periculi & Matri & Infanti ſecum afferunt Convulſiones, ideòque majus, ſi, intermiſſis Paroxiſmis Animum Mulier non recolligat.

APHO-

APHORISMI. — *Primiparæ, ſæpiùs Convulſionibus afficiuntur, quàm iſtæ quibus plures partus contigerunt.*

Convulſiones ante Partum periculoſiores ſunt, quàm poſt Partum.

Mulieres Convulſionibus correptæ, ante vel poſt editum mortuum & putrefactum Infantem, majore diſcrimine laborant, quàm ſi vivus foret Infans.

Puerperæ Convulſionibus ante vel citò poſt Partum correptæ, nocent emetica, Sanguinis autem miſſio utrinque maximè convenit, niſi à Profluvio Sanguinis Convulſio oriatur.

Urinæ.
- Incontinentia. — Unde?
- Suppreſſio. — Curatio?

Tuſſis
- Unde?
  - à Sanguine vitiato.
  - ab Utero comprimente Pulmones.
- Effectus? — Abortio.
- Curatio
  - Venæſectione.
  - Oleoſis.
  - Lenitivis.

APHORISMI. — *Tuſſis violentior & frequens. Mulieribus gravidis Abortionem; & Profluvia ſæpe adfert.*

Et Coitus, & Prægnatio plurimum Mulieribus Hæmoptyſi laborantibus, nocent,

APHO-

APHORISMI. — *Venæsectio in Brachio, Lac, Jus tepidum, Taciturnitas, Inteſtina parùm adſtricta, Coitûs abſtinentia, perquam neceſſaria ſunt Mulieribus gravidis, Tuſſi violentiori laborantibus; præſertim ſi Hemoptyſis adſit.*

Alvi Fluxus { Effectus ? / Curatio ? } Abortio.

APHORISMI. — *Diarrhœa ſæpenumerò Abortionem affert, præſertim ſi diſenterica ſit.*

Dyſenteria, quæ Abortionem attulit, ultra quatuor Dies manens, plerùmque periculoſa eſt.

Hæmorrhoïdes
- Unde ?
- Effectus ?
- Curatio ? { Situ. / Fomentatione. / Venæſectione. / Appertione. }

Febris Continua Intermittens &c.
- Definitio ? — Quæ ?
- Cauſa proxima & ſemper conjuncta — Quæ ?
- Partes affectæ ſeu Situs ?
- Cauſæ { Externæ ? / Internæ ? }
- Viæ & Meatus per quos Malum progreditur. Quales ?
- Signa Diagnoſtica inſeperabilia. ſeu Pathognomonica à quibus Indicationes Curativæ ſemper ſumi debent. } Quales ? Quare ?
- Symptomata plerùmque concomitantia — Qualia ? earumque accurata Diſtinctio — Quare ?
- Indicationes Curativæ — Quales ?
- Prognoſtica — Quæ ?
- Methodus medendi — Quæ ?
- Effectus ? { Abortio. / Mors : Unde ? }

Mulieres gravidæ, ſi fortè ſub Partûs appropinquationem Febre vel continuâ vel intermittente laborant, doloribus plerùmque ita afficiuntur ut parturire videantur; Sanguis enim in Uteri & *Placentæ* vaſculis, Humoreſque quibus Infans circumcluditur, Ardore quem Febris *Exacerbationes* afferunt admodùm rareſiunt, Membranas diſtendunt & inquietudinem Infanti inferunt, undè Dolores, iis quos parturientes patiuntur ſimillimos excitantur. Obſtetrices autem cæterique Obſtetricium exercentes, cùm veros inſtantis Partûs Dolores adeſſe credant, hos ſæpè proritant & Partum maturare ſtudent; quod ſi jam ingraveſcente Febre, & Vaſculis circa Mulieris genitalia ſupra modum diſtentis efficiant, Mors ſæpè & Matrem & Infantem ſimul obruit.

Illi verò, ſi ſibi, & ægrotanti ſic conſulerent ut prudentes decet, peritum aliquem Medicum, qui Rebus hujuſmodi dubiis intereſſet, accerſirent, ut illius Operâ ſolerti Cauſis horum fallacium & periculoſorum Dolorum ſublatis, enixus ſuo tempore accedat, & Partus feliciter conficiatur; Intereſſe *omnium* etiam mihi videtur, ut caveatur ne Obſtetricibus, iiſve qui imperiti Rei Medicæ Obſtetricio dant Operam, in Rebus arduis, Negotium omninò committatur: Admonent enim Puerperarum crebræ Mortes, quanto Periculo temerariis Manibus traduntur, & quam neceſſaria ſit Medicinæ ſcientia, ſiquando diverſis Cauſis, Geſtationi non cognatis Obſtetricium implicetur, quarum periculo occurrere omninò Medicorum eſt: Neque verò priùs Occaſionem hanc, undè natus eſt hic Sermo, poſſum dimittere, quam Obſtetricaſtris illis (ut ita dicam) etiam atque etiam ſuaſerim, ne ſe ſolos, tantis Periculis opponere præſidenter audeant, quin Medici alicujus periti Conſilio adhibito quam cautiſſimè agant, ut non ſolùm Vitam, ſed Incolumitatem Puerperæ conſervent. Nam magna licet ſcioli de ſe ſuiſque dotibus temerè ſperare ſoleant, haud facilè quiſquam evadit Medicus, & Nemo unquam repentè fuit peritiſſimus; multa certè priùs ſunt diſcenda, multa priùs perſcrutanda, quàm ad Medicæ Artis Prudentiam perveniri poſſit: ſi igitur iſti rem æquo Animo perpenderent, neceſsè eſſet fateantur ſummæ eſſe Temeritatis, ſummæ Audaciæ,

daciæ, inauſpicatas Manus duplici, & Matris & Infantis Vitæ, diſcrimini immiſcere.

Sicubi verò nullus ſit, in propinquo Medicus, ſuâ cuique utendum eſt facultate, & pro virili agendum; quo parciùs tamen, eo plerùmque tutiùs: nam meâ quidem ſententiâ, ſatiùs eſt ut Naturæ permittatur ſe ipſam expedire, quàm ut improbo perturbetur Officio, quo, concitatis Doloribus præmaturus Partus urgeatur. Siquidem inter Febrem Partus retardandus eſt, nedum incitandus aut etiam capeſſendus, niſi Convulſiones graviſſimæ, vel immodica Profluvia id ſuadeant, ne ipſo facto, Infans pereat & Mater haud ita multò poſt: Nam ut *Hippocrates* rectè dicit. „Si Mulier utero ge„ſtans Morbum habuerit non cognatum, in Puerperii Purgatione perit.

APHORISMI. — *Plerique Fœminarum Morbi ex Officio Uteri malè præſtito oriuntur.*

Alia Curatio Morborum Mulieribus gravidis, alia non gravidis, conveniat.

Longè periculoſiſſimi ſunt Morbi Fœminis Utero geſtantibus, quoniam ea remedia, quibus Fœtu vacuæ ſanari ſolent, adhiberi non debent.

Si Mulier gravida ita Morbo aliquo laborat, ut Operatione Chirurgicâ inſigniori Opus ſit, ſcilicet e Calculo in Veſica, Fiſtula in Ano, vel quovis alio hujuſmodi Operæ Pretium erit, (modo res ſinat) Operationem, non niſi poſt Partum perfeciſſe.

Mulieres Utero geſtantes, plerùmque ob Suppreſſionem Menſtruorum ægrotant, contra verò cætera

APHORISMI. — *Animalia, quippe quæ non Menſtrualia ſint, bonâ Valetudine toto Geſtationis tempore frui videntur.*

In omnibus Mulierum gravidarum Morbis, dum Morbi acerbitate, magis laborat Natura quàm ut evacuationi Lochiorum, quæ Fœtûs Eductionem ſequi debent, ſervire poſſit, ſummopere Partum prævenire convenit.

Cortex Peruvianus, non minùs tuto Gravidis, quam quibuſvis aliis, in Medelam Febris dari poteſt.

Morbos quos ſecum attulit Prægnatio, Partus plerùmque adimit, ii verò, qui nullam habent cum Prægnatione Cognationem, poſt Partum, graviores ſolent fieri.

Mulieribus infirmis maximeque Morbis obnoxiis, Liberos, valdè ſanos, nonnunquam peperiſſe contingit.

Fluxus Menſtrualis quibuſdam Mulieribus primis Utero gerendi Menſibus eveniens, debito tempore Menſtruorum contingit, adhibitâque Curâ impune.

Mulieres quæ abortum faciunt aut pariunt, dum febre continuâ afficiuntur, maximo Vitæ periculo laborant iſtæ præſertim quarum Febri adſit Fluxio in Pulmones, & Aſthmaticæ ſunt.

- Fluxus Sanguinis ab Utero.
  - Quomodo à Fluxu menstruo dignoscendus?
  - Signa
    - Os Tincæ apertum.
    - Dolor plerùmque præcedens.
    - Violentia quædam præcedens.
    - Subitò copiosè effertur.
    - Continuo rivo defluit.
  - Effectus
    - Abortio.
    - Mors, ab inanitione.
  - Curatio
    - Quiete
    - Abstinentia à
      - Venere.
      - Irritantibus.
      - Calfacientibus.
    - Missione Sanguinis.
    - Adstringentibus actu frigidis.
    - Fœtûs Eductione.

APHORISMI. — *Mulieres quibus Sanguis Uterinus in primis gestandi Mensibus profluit. Sanguinis quantitatem modicam e Brachio amittant, simul & quiescant, omninò non coëant.*

Profluvia verò immodica quæ Mulieribus gravidis nonnunquam accidunt, ex abruptâ Placentâ plerùmque oriuntur, neque cessant nisi post Partum, & quo propriùs ad Finem Termini accedunt, eo periculosius habentur hujusmodi Profluvia, quibus si crebræ Animi defectiones adsint, Mortem sæpenumerò & Parenti & Infanti afferunt.

Hæc autem, etiamsi copiosa, Profluvia, in Mensæ

APHORISMI. — *tertio vel ſecundo, impune plerumque accidunt, haud ita tamen in duobus poſtremis.*

In Profluviis immodicis ubi res poſtulat ut educatur Fœtus, multò majore diſcrimine laborant illæ Mulieres quibus Os Tincæ craſſius & durius eſt, quàm illæ, quibus tenuius & mollius eſt.

Profluvia immodica unà cum Convulſionibus, in Mulieribus prægnantibus plerumque ſunt Lethalia.

Venæſectio in Brachio, perquam neceſſaria & ad conſervandas Mulieres Profluviis immodicis obnoxias; in modicis etiam Profluviis multùm prodeſſe poterit, fugienda nihilominus inter immodica Profluvia.

Ut ex Utero, totius Corporis Plenitudo emittitur, Injectiones aſtringentes adhiberi non debent, niſi Profluvium nimis copioſum poſtulet.

Placentâ in oſtio apparente, immodici profluvii cauſa eſt, & ſæpe mortem Puerperæ & Infanti affert, niſi maturatus Partus præveniat.

In quovis prægnationis intervallo, ſi ab immodicis profluviis ſæpius animo deficiat Mulier, Eductio Fœtûs, unicum eſt remedium, ad conſervandum & Matrem & Infantem.

Si Parturientes immodica ſint Profluvia, Membranæ quàm citiſſime rumpendæ ſunt, cave tamen ne membranas attrahas, ne abruptâ placentâ, adaugeat profluvia.

APHORISMI. — *Licet Fœtûs eductio, præsentissimum sit remedium in profluviis immodicis, parum sæpe prodest, quum serius adhibetur.*

Si Sanguis uterinus mulieri gravidæ ex uteri fundo profluit, abortio nunquam non sequitur, si verò ex Uteri collo, remedii spes restat, utque certior fias unde eveniat, observandum est, an os tincæ sit apertum an clausum.

Animi Deliquia crebra, Aurium tinnitus, oculorum hebetudo, vel caligo, mortem propinquam denotant, cum ex immodicis profluviis oriuntur in mulieribus quarum sextus prægnationis mensis præteriit; præcipue si ictus, vel quodvis aliud infortunium, sit profluvii Causa.

Emissio Fœtûs { Effluxio, Expulsio, Partus } Quid?

Abor-

Abortio

- Definitio —— Quæ?
- Cauſa proxima & ſemper conjuncta —— Quæ
- Partes affectæ ſeu Situs?
- Cauſæ { externæ / internæ } ratione { Plethoræ, Fœtus, Uteri, Matris Morborum, Tumorum, Ulcerum & ſimilium } { futuræ / præſentis } Quæ?
- Viæ & Meatus per quos Malum progreditur —— Quales?
- Signa Diagnoſtica inſeparabilia ſeu Pathognomonica, à quibus Indicationes Curativæ ſumi ſemper debent —— { Quæ? / Quare? }
- Symptomata plerùmque concomitantia, Qualia?
  earumque accurata Diſtinctio —— Quare?
- Indicationes Curativæ ſeu Præſervativæ —— Quales?
- Prognoſtica —— Quæ?
- Methodus medendi ſeu potiùs preſervandi
  - extra Graviditatem ratione { ſex rerum non naturalium. / Fœtûs. / Matris Morborum. / Uteri. / Tumorum. / Ulcerum ſimiliumque. }
  - in Graviditate

Præmatura Fœtûs Excluſio — Quid?

Per Partum immaturum intelligo talem, quo *humanum aliquod Corpus naſcitur*, magnum, parvum, vivum, mortuum, non autem, quem quidam *Abortum* vocant, in quo Membra humana nondùm diſtincta apparent, ſed Fœmina verè prægnans ſi aut longè aut brevi *ante ſeptimum menſem* Fœtum emittat vel minimum, is mihi dicitur Partus præmaturus ſive abortus.

Quomodo educendus ſit Fœtus? —

Ore Uteri amplificato, Membrana, ſi obvia ſit, Digitis laceranda eſt, & in ruptam iſtam Membranam Manus quamprimùm immittenda eſt, uſque ad Pedes Infantis, qui (niſi prævii ſe offerant) ſuo loco quærendi, nec ullum aliud Infantis Membrum apprehendendum ſive in Oſtium primò producendum eſt, etiamſi ipſum Caput prævium ſeſe offerat, gravida enim quum ſit infirma, & plerùmque pariendi Doloribus deſtituatur, Fœtûs Excluſio nequaquam Naturæ committenda eſt.

Aphorismi. —

In Plethora Venâ ſectâ Abortus præcavetur in Gravidis, parciùs verò & in primis præſertim menſibus, vicibus iteratis, & quaſi per Anticipationem, paucis Diebus à tempore uſitato Menſtruandi.

In Chacochymia, Purgatione blandâ frequenter iteratâ, mediis præſertim Menſibus Geſtationis, uſui aliquando eſt.

Mulieri Uterum gerenti Venâ ſectâ Abortionem facit, id verò potiſſimum, ſi Fœtus grandior fuerit.

Uterum gerentibus Medicamenta purgantia ſunt

APHORISMI. — *exhibenda, si Humor impetu fertur ad Excretionem, quarto menſe & ad ſeptimum uſque his tamen minùs.*

In minoribus autem & gravioribus Fœtibus, ſubtimidè ſe gerere oportet.

Si à Cauſis externis violentioribus, puta Ictu, vel Caſu, & ſimilibus vehemens Dolor & Perturbatio in Gravida excitantur; ſtatim, vel ſaltem eâdem die ſequitur Abortus.

Si verò minor fuerit vis cauſæ externæ; ad tertium Diem, Aborſum differri poſſe, quo elapſo, ceſſat Aborſus Periculum. Quare? Remedium —— Quid?

Si poſt Lumbagines graves inter geſtandum Utero, Excretiones inuſitatæ ex Utero proveniant, Periculum Abortionis ſummum mulieri imminet, præſertim ſi Excretiones ſanguine inficiantur.

Periculo multo majore laborat Fœmina quæ Abortionem facit, quàm quæ debitò tempore parturit.

Fluxio Sanguinis immodica Abortionis plerumque Comes eſt.

Infans abortivus in ipſa abjectione perit, vel paulò poſt.

Quantò magis ſubitaneus eſt Aborſus, præſertim à Cauſa aliqua violenta, eo difficilior Placentæ extractio.

Quæ

APHORISMI. — *Quæ ſtatis temporibus abortiunt, Uterum habent prædurum vel prælanguidum.*

Si mulier ſæpius Abortum facit, & eodem tempore ſemper, ut tertio quarto vel quinto Menſe, ob Uteri anguſtia accidit, quæ augeſcentem Fœtum ampliùs continere non poteſt.

Abortum faciunt Mulieres quæ Uteros habent flatuoſos, denſos, vel parvos.

Quæcunque mediocriter Corpora habentes, ſecundo, aut tertio Menſe, abortiunt, ſine cauſa manifeſta, iis Acetabula Uteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt propter Pondus Fœtum continere, ſed diſrumpuntur.

Abortio, ſive Partus naturalis continget, à Mole nimia, Pondere, & Morſo.

Mulieri Utero gerenti ſi crebra, & inanis, deſidendi voluntas (Teneſmum dicunt) acceſſerit, Abortum facit; idem de Dyſenteria quoque verum eſt.

Mulieri Utero gerenti ſi Alvus multùm fluat, Periculum eſt ne abortiat.

Quæcunque Utero gerentes Febribus detinentur, & vehementer extenuantur citra manifeſtam cauſam, eo difficulter & cum Periculo pariunt, aut in Abortionis Periculum incidunt.

Si Mulieri Utero gerenti, Mammæ ſubitò extenuentur, Abortus ſequitur.

APHORISMI. — *Quæ præter naturam tenues Utero gerunt, abortiunt, donec pleniores evadunt.*

Aborsus periculosior est sexto, septimo, & octavo Mense.

Feminæ quæ laxiorem, & humidiorem Uterum habent, sine noxia, ut plurimùm abortiunt, primis potissimùm Mensibus, quia Partes istæ facilè cedunt, undè minor sequitur Molestia.

Dolores frequentes, & ferè continui, Renes & Lumbos excruciantes & qui versùs Pubem & Os Sacrum exporrigantur cum quodam ex Utero egerendi conatu, indicant Abortum imminentem, Mulieri utero gerenti.

Ni mala urgeant Symptomata, omnis Aborsus seu Partus Naturæ committatur, Aquis verò non formatis probibendus est Partus.

Dolores absque Aquis formatis, Enemate emollienti & carminativo, sæpe sedantur.

Hæmorrhagiæ insignes Utero gerenti supervenientes, ad quas Syncope, Deliria, Inflammatio & Convulsiones sequuntur, Mortem inferre solent.

Mulierem Utero gerentem Morbo quopiam acuto corripi, malum.

Mulieri Uterum gerenti, si Lac copiosum è mammis effluat, Fœtum imbecillem indicat: Quod si solidæ Mammæ fuerint valentiorem Fœtum significant.

APHORISMI. — *Quæ Fœtus corrupturæ sunt, iis Mammæ extenuantur.*

Quod si duræ evadunt, Dolor erit vel in Mammis, vel in Coxis, vel in Oculis, vel in Genibus, neque Fœtum corrumpunt.

Si Mulieri Utero gerenti Purgationes eant, Fœtus ut bene valeat fieri non potest, præsertim in ultimis Mensibus.

Novæ nuptæ, Uteri perturbatione ortâ ex Coïtu nimis fervido, & frequentius æquo petito, non rarò abortiunt.

Decies tot Abortiones intra duos vel tres primos Gestationis Menses fieri solent, quot fiunt postea, utilius est ergò præcautionis causâ intra duos primos menses quàm post dimidium termini exactum ut plerique suadent, mulieri ademisse Sanguinem.

Sunt & Mulieres quæ, ut facilè concipiunt ita ad Abortionem, nullâ manifestâ causâ proclives sunt.

Superabundantia Sanguinis Conceptum sæpe recentem perdit, & Abortionem infert.

Perturbationes Animi violentæ, ad Abortionem Mulieres sæpe impellunt, Timor præsertim subitus & Ira repentina.

Emissio Aquæ Cruore tinctæ ex Utero Mulieris gravidæ, Abortionis est plerumque præcursor.

APHORISMI. — *Mulier quæ Abortum fecit* SECUNDAS *difficilius dimittit, quàm quæ ſuo Tempore peperit.*

Mulieres quæ Variolis laborantes abortiunt, non ita multò poſt plerùmque moriuntur.

Inter abortiendum ante quartum vel quintum Geſtationis Menſem, non eſt cur ſollicitus ſis de Fœtûs poſitione quem, præ ejus exiguitate, Natura nullo negotio abjectura ſit, qualiſcunque Poſitio contigerit.

Cùm in Abortibus intra duos vel tres primos Geſtationis Menſes, factis, Uterus ad menſuram Fœtûs tantum aperiatur, non rarò ſit ut Placenta, ampliorem tunc temporis modum ſortita, diutius in Utero retineatur.

Fœtûs magnitudo mortui in Abortiis non ſemper ea eſt quam ex Geſtationes intervallo in quo abjiciuntur expectare licet, quippè, magnitudinem ſemper eandem habet ad quam moriens fuit provectus.

Mulieres ad Abortum procliviores, oportet, ut coitum fugiant 5 vel 6 Menſes, & cum primum ſe concepiſſe perceperint, ut quàm maxime quieſcant.

Placentæ ſchirroſæ ſæpe Abortionem inferunt, cum jam grandior factus eſt Fœtus, iſtiuſmodi enim Placentæ obſunt, quo minus Alimenti ſatis idonei ſubminiſtretur.

Infantes præmaturo Partu editi etſi vivant, rarò vocem exprimunt ante finitum tertium menſem,

APHORISMI. — *sem, cum nondum valeant Pulmones ad vagitus expresso aëre exciendos.*

Abortus, quos ipsæ Mulieres sibi excitant, multò majore fiunt Vitæ periculo, quàm qui nullâ ministrante violentiâ sponte fiunt.

Quibusdam Mulierculis tenera adeò debilisque est suarum Partium compages, ut vel levissimâ Causâ ut puta, Brachio inconsultius extenso, Abortum faciant.

Sæpenumero inveniuntur Mulieres, quæ primis Gestationis Mensibus Abortum faciant, ex sola temperie sanguinea.

Ut violentior aut mitior est Causa ita majus vel minus Periculum Abortus afferunt, sive ex Medicamentis abortivis, sive ab externa Injuria, oriantur.

Non potest fieri ut Mulier, abjecto gemellorum altero, ad justum terminum alterum gestet.

De

De Puerperis earumque Morbis.

Post Partum agenda

- Placenta seu secundæ
  - Extrahenda.
  - Naturaliter quomodo expellatur
  - Retentæ
    - Signa: Dolores quasi parturientium. / Gravitas in Utero. / Sanguinis Profluvium.
    - Effectus: Sanguinis Fluxus lethalis. / Gangrena.
    - Expulsio promovenda: Manu / Injectionibus / Enematibus — Qualibus?

APHOR. *Placentæ crassiores, duræ præsertim & schirrosæ multò majore negotio, quàm tenuiores & molliores extrahuntur.*

Color sæpe & substantia Placentæ, non vana dant Indicia Valetudinis Puerperæ.

Placentâ in Utero relictâ post præmature abjectum Partum, si non satis pateat Os Uteri ut Manu sine Injuria extrahatur, minus Periculi futurum est si Naturæ committatur Expulsio.

Placenta sæpe, non tam ex adhæsione ad Uterum, quàm ex Ore Uteri contracto ægre extrahitur.

Multo tutius est Placentam manu caute educere, quàm Catharticis & Diureticis medicamentis expellere.

Perperam agunt illi qui aliquamdiu post Partum mulierem dormire vetant, nihil enim somno, (quem ipsa Natura suadet) præsentius est ad reficiendas vires, & ad deleniendas Perturbationes Puerperii Doloribus concitatas.

Pudenda mulierum nullis astringentibus lavanda sunt, intra quindecim continuos post Partum Dies.

Ventres Mulierum à Partu, dum LOCHIA *defluunt, leniter admodum fasciari debent.*

Caven-

Post Partum agenda
- Cavendum ne frigido lædatur Uterus.
- Labiis applicentur
  - Emollientia.
  - Leniter discutientia.
- Lac
  - alliciendum
    - Calore
    - Oleosis
    - cum Suctu
  - avertendum
    - Discutientibus.
    - Astringentibus.
    - Enemate repetito.
- Enema alternis Diebus injiciendum. Unde?
- Conservanda sunt Lochia.

Usus & Abusus vesicantium in medelam Febrium Puerperarum, Quæ?

De Venæsectione puerperarum Cautiones.

Lochia.
- Quid?
- Duratio? ad Dies quindecim plùs minùs.
- Bonorum Signa
  - Color gradatim mutatus.
  - Consistentia æqualis.
  - Nullus Fœtor.
  - Quotidiana diminutio.
- Nimiorum Causæ
  - Vasorum apertio nimia seu laceratio.
  - Sanguinis
    - copia.
    - tenuitas.
    - acrimonia.
- Nimiorum Effectus
  - Syncope.
  - Convulsiones.
  - Pallor Vultûs.
  - Debilitas.
  - Crurum Tumor.
- Curatio
  - Manu removenda sunt Sanguinis Coagula, &c.
  - Victûs ratione.
  - Quiete.
  - Sanguinis missione paulatim, & per intervalla.
  - Fotibus ex oxycrato, &c.

- Lochia
  - Suppreſſorum
    - Cauſæ
      - Uteri Inflammatio.
      - Alvi Fluxus.
      - Animus Depreſſus.
      - Adſtringentium Uſus.
    - Symptomata
      - Febris.
      - Dolor
        - Capitis.
        - Mammarum.
        - Renum.
        - Lumborum.
        - Uteri.
      - Ventris Tumor.
      - Spiritûs Difficultas.
      - Cordis Palpitatio.
      - Syncope.
      - Convulſiones.
      - Delirium.
    - Curatio
      - Enemate.
      - Venæſectione.
      - Salibus aperientibus.
      - Paregoricis.
    - Effectus
      - Sphacelus Uteri.
      - Mors.

APHORISMI. —

Sanguis uterinus qui excontinenti Partum ſequitur, vermilium colore refert & brevi grûmeſcit, reliquo Corporis Sanguini nequaquam abſimilis.

Errant ſane qui Lac Mammarum per Uterum Puerperarum dimitti credunt, cùm nullum ſit vaſculum qui deduci queat.

Is erit Lochiorum modus qui Infantis, utrunque fuerit ſive ſuo tempore, ſive præmature editus, ſive Mas, ſive Fœmina.

Coëuntes citò nimium à Partu, Mulieres ſibi Lochiorum Tempus producunt, Uteri continuatâ Fluxione, ex Irritatione Partium.

APHO-

APHORISMI. — *Lochiis derepentè & omninò ſuppreſſis in primis à Partu Diebus, maximè periclitantur Fœminæ niſi quamprimum aliquod Remedium adhibeatur, Humores enim in vaſculis repreſſi, Inflammationem Uteri, aliaque multa mala inferunt.*

Suppreſſio Lochiorum quæ Partum ſequi debent, plus habet incommodi, quàm Menſium Intermiſſio.

Si ſuppreſſis Lochiis inflammetur Uterus, è Brachio, potius quàm è Pede, mittatur Sanguis.

Animi angores, Mulieribus nunquam magis quàm in Puerperio obſunt, tum enim impedimento ſunt, quo minus effluant Lochia.

Mulieres quæ prægrandes Infantes enixæ ſunt, ſæpe continuò poſt Partum Profluvio Sanguinis laborant, quia Placentæ grandiores, ad grandiores attinent Infantes, quorum vaſa perindè atque Uteri vaſa, perampla ſunt.

Mulieres quæ poſt Partum immodica profluvia ſolent pati, Sanguinem e Brachio amittere, bis terve inter Utero geſtandum, ſemel etiam Partu appropinquante, debent.

Mulieres quæ in Puerperio immodica paſſæ ſunt profluvia, maximos Capitis Dolores, & Febriculoſitatem, complures Dies experiuntur, diu manet in Vultu pallor, Crura etiam non rarò tumefacta ſunt.

Mulieres quibus in Puerperio immodica profluvia contigêre, à Coïtu per tres totos Menſes abſtinere debent, primiſque poſt Partum menſtruis in Lecto, quàm maxime quieſcere.

Dolores à Partu
- Unde?
  - à Sanguinis
    - Copia.
    - Craſſitie.
    - Acrimonia.
  - à Flatibus.
  - ab anguſtia Vaſorum.
  - à Frigore in Uterum ſuſcepto.
- Curatio?
  - interna
    - Sanguinis
      - Craſſitiem attenuantibus.
      - acrimoniam temperantib.
  - externa
    - Vaſa Uteri laxantibus.
    - Fotibus.
    - Emplaſtris umbilico applicitis.

APHORISMI. — *Mulieres ſecundis Doloribus à primo Partu minùs quàm à futuris ſunt obnoxiæ.*

Secundi Dolores quos Mulieres patiuntur, è Grumis Sanguinis in Utero coagulatis, & poſt Partum retentis plerùmque oriuntur.

Mammarum Inflammatio
- Unde?
  - ob Lactis Abundantiam Concretionem, &c.
- Curatio
  - Victu humectante refrigerante
  - Venæſectione
  - Blandâ Purgatione
  - Cataplaſmatis, &c.

APHORISMI. — *Aſtringentia quibus utuntur Puerperæ ſtudentes mammarum formam conſervare, cùm lac Infanti præbere nolunt, ibi tumores ſæpe moleſtas & apoſtemata, præcluſis humorum meatibus pariunt.*

Cùm primùm mammarum apoſtemata fuerint maturata Satis, detur exitus humoribus, ne diutiùs

APHORISMI. — *æquo retenti aceſcant, atque ipſas glandes, & lactis vaſcula conrodant.*

Tumores ſchirroſi mammarum, lateri arctiùs adhærentes, in Cancros plerùmque tranſeunt.

Contuſiones } Unde? } Fomentatione.
Fiſſuræ } Curatio? } Emollientibus.

De Puerperarum Febribus.

Febres Puerperarum
- Singularum Definitiones
  - Febris Lactis peculiaris.
  - Milliaris.
  - Putrida.
  - Tertiana.
  - Continua & reliquæ.
- Cauſa proxima Morbi & ſemper conjuncta — Quæ?
- Partes affectæ ſeu Situs Morbi — Quæ?
- Viæ & Meatus per quos Malum progreditur — Quales?
- Signa Diagnoſtica inſeperabilia, ſeu Pathognomonica, à quibus Indicationes Curativæ ſemper ſumi debent — Quæ? Quare?
- Symptomata plerùmque concomitantia — Quæ? earumque accurata Diſtinctio — Quare?
- Indicationes Curativæ — Quæ?
- Methodus medendi, ſeu Curatio — Quæ?

Febris Lactis circa tertium aut quartum Puerperii Diem accidere ſolet, cùm Lac in Mammis copioſiùs generari incipit, & inter triduum vel quatriduum, nempè circa nonum Diem plerùmque Sudore ſolvitur; ſi verò Diaphoreſis impeditur à frigore incautè admiſſo, illa Febris, quæ per-

ſe

se salutaris erat, & paucis in Diebus cessatura, in Putridam periculosam mutatur.

Febres putridæ Puerperiis supervenientes à tribus Causis oriuntur—Quænam sunt?

Victus in Febribus Puerperarum—Qualis?

Quo tempore Sanguinis Missionem tutius celebretur?

Cautiones quædam de ea re.

Quando exhibenda Purgatio? Cautiones.

In Alvi Fluxu, cum Lochiorum evacuatione conjuncto—Cautiones Quædam.

Evacuatio Sanguinis incisâ venâ missi, in iis Febribus curandis, quæ cæteris *Graviditatis* aut *Puerperii* ægrotationibus nonnunquam superveniunt, plerùmque necessaria est; hanc autem evacuationem simul & semel copiosè fieri debere inter istiusmodi Febres haud facilè conceditur, cùm per intercapedines æque utiliter & multò tutius Sanguis potest quasi intercisè detrahi: idque mihi in hac Urbe celeberrima latè quadantenùs Artem medicam exercenti, plùs viginti annorum usus comprobavit. Imò verò in quibuscunque Febribus, sicut ego existimo cauto opus est maximo, ne copia sanguinis larga uno tempore mittatur, quoniam effectus idem, si interpositis intervallis fiat, plerùmque sequatur, & iis incommodis, quæ temerè effuso sanguine oriuntur, difficile sit mederi.

Sanguinis quidem missionem, in omnibus febribus curandis præcipuum esse remedium, inter omnes convenit; quæ verò ut idoneo tempore & ad justam mensuram fiat (ratione habitâ & roboris ægrotantis & vis constractivæ vasculorum,) limato opus est judicio: experientia enim quotidiana docet, plurimùm nunc boni nunc mali inde provenire, nec ubi profutura sit ubi obfutura evacuatio satis semper constat. *Regulam* igitur *de venæsectione tuto peragenda*, quæ me nunquam fefellit, quamque ideò observatu dignissimam censeo, (sub dubiis præsertim *indicationibus*,) lubens impertiar.

Diminutio autem quantitatis sanguinis, & *momenti* auctio præcipuos esse venæsectionis effectus, in confesso est; sed ne ægrotantis vires

vires ſimul imminuantur cautio eſt, quòd quidem futurum ſit necne ante rem peractam dignoſcere, is eſt nodus quem nullus unquam Auctor, quem mihi legiſſe contigit, expedivit. Atqui ſi ex miſſo ſanguine ægrotanti vires defecerint, & ſanguinis adaucta fuerit copia quæ imminui debuerat, (idque non rarò fit) maxima ſequentur incommoda, & parùm valebunt *potiones cardiacæ*, ad vires, intempeſtivè effuſo ſanguine, reficiendas.

Bellinus abundè ſatis demonſtravit *momentum* Sanguinis per venæſectionem & augeri & diminui poſſe, cauſaſque utriuſque effectûs addidit. Docetque idem præſentes ægrotantis vires, ſive quantitatem ſive qualitatem Sanguinis reſpicias, eſſe conſiderandas, nullibi tamen, (quod ego ſciam,) in hac re judicandi methodum planè tradit.

Methodus autem, quam unicè certam inveni, & quam iis qui præceptis ſe meis tradiderint commendo hæc eſt. Quandocunque ſanguinem mitti juſſeris, (in rebus præſertim dubiis,) digito ægrotantis venæ continuò ab inciſa vena admoto obſervandum fortiores an languidiores, (effluente ſanguine,) fiant, ictus, (idque ex ſola uncia permiſſa obſervatione ſedula dignoſcatur;) ſi fortiores fiunt ictus, tuto potes pergere; ſin minus, vel ſi languidiores fiunt, incommodis afficietur maximis ægrotans, niſi ſtatim deſinatur: Nam cùm cor detracto Sanguine debilitatum ad *Momentum* ſanguinis ſuſtentandum minus ſufficiat, reſidui Sanguinis *lentor* angebitur, & *ſecretiones* impedientur, quæ ſanguinis *Quantitati* incrementum, *Qualitati* vitium, (cùm omninò aliud deſideretur ſcilicet, ut diminutâ quantitate emendetur qualitas,) non ſine ſummo ægrotantis damno ferent. Hanc igitur regulam, quam ſolam eſſe certam affirmare auſim, & cujus præſtantiam experientia probavit multa, non poſſum non vehementer tanquam fidam ducem commendare, quotieſcunque res in dubio fuerit; eamque multò utiliorem inventum iri, quàm primo crederetur perſuaſum habeo: illud autem certo ſcio mihi maximo ſemper uſui fuiſſe in opera ægrotantibus præſtanda: ſiquando etenim im ambiguo ſit an venæ ſectionem indicationes poſtulent, hâc adhibitâ regulâ, tuto tentari poteſt, forſan ad ægrotantis commodum; certè ſine ullo periculo, cum nunquam, ſi vel leviſſimæ adſint *indicationes* venæſectione opus eſſe, ſit cur ex uncia ſanguinis unica detracta damnum aliquod timeatur.

Quo-

Quoniam igitur non parùm refert impunè aliquid posse in rebus dubiis experire, idque non sine spe ægrotanti fore remedio, hanc utilem *cautionem* minimè fore neglectam confido : Præsertim cùm in omnibus tam *acutis* quàm *chronicis* morbis, venæsectionis consequentia sint incerta, & ea esse possunt quæ minimè vellemus : & cùm *vis contractiva* vasculorum semper, ante missum Sanguinem, & inter ambiguas *indicationes* præcipuè, perpendi debet, hâc regulâ, quam tradidi, qui semper fuerit usus, & ægrotantis saluti & opinioni suæ optimè consuluerit.

De Uteri Descensu, Inflammatione, Scirrho, & Cancere.

- Descensus Uteri.
  - Symptomata
    - Dolor
      - Renum.
      - Lumborum.
      - Uteri.
    - Gravitas in Pelve.
    - Urinæ suppressio.
  - Curatio
    - Evacuatione Abdominis.
    - Situ idoneo.
    - Venæsectione.
    - Fomentatione.
    - Reductione.
    - Pessario.
    - Adstringentibus Topicis.

APHORISMI. — *Descensus Uteri, ex Puerperio difficili frequentius fiunt.*

Uterus ita totaliter inversus ut reduci nequeat, si eo ipso quo contingit die, Mulierem non interimat, nunquam non Mortem ob continuam sanguinis fluxionem, tandem adfert.

APHO-

APHORISMI. — *Mulier, cui descensus Uteri est, nullâ ventris ligaturâ uti, nullum onus gravius gestare aut tollere debet; si autem descensus sit diutinus, pessarium adhibeat.*



APHORISMI. — *Inflammatio uteri multùm habet periculi, tum autem maxime cùm mulieri in primis à difficili Partu diebus accidit.*

Inflammato utero Cathartica nunquam non nocent.

APHORISMI. — *Singultus, vomitus, Convulsio, Delirium, Venter supra modum distentus, Puerperæ, cui inflammatur uterus, repentinam Mortem portendunt.*

Inflammato Utero adeò coarctatur os tincæ, ut, si quid alieni inhæreat, nec expelli, nec extrahi possit.

Uteri Schirrhus
- Signa
  - Os Uteri: majus. / brevius. / magis inæquale. / durius.
  - Uteri moles aucta.
  - Gravitas in Pelve.
  - Urinæ Incontinentia.
  - Dolor (Renum; Inguinis; Femorum;) Qualis?
- Curatio: Refrigerantibus Evacuationibus. / Chalybeatis.

APHORISMI. — *Schirrhus in utero malum est pertinacissimum, & plura sæpe secum affert quæ Morte demum desinunt, quia præ tumore, supervacuis humoribus liber exitus non datur.*

Cathartica efficaciora, si Uterus schirro afficitur nocent.

APHORISMI. *Schirrhus in Utero, in carcinoma immedicabile, ſæpe tranſit.*

Schirrhus in Utero, Mulierem ſterilem & valetudinariam, per totum Vitæ reliquum tempus reddit.

Tumores alterum uteri latus juxta Inguen, aliquando poſt puerperium dolore afficientes, ægre nec ſine prolixa curatione ſanantur; qui ſi forte ſuppurati eruperint, Mulieris Vita periclitatur.



APHORISMI. — *Ulcera malâ Corporis temperie orta quæ ipſum Uterum, vel ejus Orificium afficiunt, in* Cancros *immedicabiles nunquam non tranſeunt.*

Cancer Uterinus, poſt annos aliquot extremos inter angores & cruciatus protractos, quamcunque affecerit, miſere tandem perdit.

Mulieres circiter annum ætatis quadrageſimum vel quadrageſimum octavum, Cancris magis ſunt obnoxiæ, quàm antea, tum enim earum menſtrua aut omninò ceſſant, aut juſtis intervallis non fluunt.

Carcinomata vel præcedunt, vel ſequuntur Profluvia ſanguinis quæ ſi mulieri ſexagenaria, quam menſtrua jamdudum deſeruere, contigerint, mortemque tandem inferunt.

Mulieres Coitûs expertes, rariſſimè cancris uterinis afficiuntur.

De Morbis Infantium recens natorum, nec non Puerorum.

Morbi Infantium	Contuſiones	Cauſa?
	Imbecilitas.	Effectus?
	Suturæ nimis apertæ.	Curatio?
	Ani Clauſura.	Quæ?
	—— Prolapſus.	

Morbi Infantium

- Tormina Ventris.
- Inflammatio, Protuberantia } Umbilicalis.
- Femoris Inflammatio.
- Aphthæ.
- Diarrhæa.
- Vomitio.
- Excoriatio.
- Exomphalos.
- Lues Venerea.
- Hydrocephalos.
- Strabiſmus.
- Tuſſis.
- Tuſſis convulſiva.
- Pavores.
- Dolor, Humiditas } Aurium.
- Putrilago Ventriculi.
- Dentitio duplex.
- Convulſio.
- Vigiliæ.
- Lumbrici.
- Atrophia verminoſa.
- Urinæ Incontinentia.
- Tonſillarum Inflammatio.
- Scabies.
- Pruritus.
- Rachitis.
- Siſſura Labiorum.
- Ranula.
- Teneſmus.
- Calculus.
- Perniones.
- Macies.
- Coma.

Cauſa?
Effectus?
Curatio?
Quæ?

Febres Infantium & Puerorum
- Continuæ.
- Intermittentes.
- Scarlatinæ.
- Hecticæ.
- Varioloſæ.
- Morbilloſæ.
- Dentitione ortæ.
- Verminoſæ & ſimilia.

Singularum Definitiones?

Partes affectæ ſeu Situs?
Cauſa proxima & ſemper concomitans?
Viæ & Meatus per quos malum progreditur?
Signa Diagnoſtica inſeperabilia ſeu Pathognomonica? A quibus Indicationes Curativæ ſemper ſumi debent?
Symptomata plerùmque concomitantia? earumque accurata Diſtinctio?
Indicationes Curativæ?
Prognoſtica?
Methodus medendi?
Cavenda?

Regimen recens Natorum?
De Nutrice eligenda Cautiones?
Lac vitioſum—unde? Rectificatio—Quæ?
Morborum Infantilium Cauſa?
Indicatio—Curativa, Quotuplex?—Qualis?
In Curatione Febrium tenellorum prima Indicatio—Quæ?
Puerorum paulò provectiorum Tractatio—Quæ?

Cautiones quædam in medelam Morborum Infantium de
- Purgatione.
- Venæſectione.
- Epiſpaſticis.
- Narcoticis.
- Cardiacis.
- Emeticis.

Symptomata universa Morbillorum tenellorum omnium—unde?

In medelam Dentitionis difficilis? } Cautiones?
Diarrhæa Infantum }

Infantes Aphthis producendis proclives unde? Curatio?
An quæ specificè conveniunt Infantum Torminibus?
In Vomitu pertinaci à Lacte vitioso pendente, quæ prosint?
In intervallis Convulsionum Infantum quæ sunt necessaria?
In earum Paroxysmis quæ nocent?
Quæ in Convulsionibus vehementissimis magis prosunt?
Frigus ab Infantibus facilè susceptum, unde? Curatio?
Nutricis Lac nimis crassum, unde? Curatio?
Hæc Crassities Lactis plurimùm nocet Infantibus—Quare?
An in ipsis Febribus purgandi sint Infantes?
In medelam Febrium omnium Cautiones quædam?
In medelam Variolarum & Morbillorum Cautiones?

APHORISMI.— *Infantis peramplis Capitibus enacti plerumque inter Dentitionem, Convulsionibus correpti, moriuntur.*

Infantes qui venereâ Lue imbuti nascantur, haud ita multò post decedunt.

Hæc eveniunt parvis, & recens natis pueris, serpentia Oris Ulcera, Aphthæ dictæ, Vomitiones, Tusses, Vigiliæ, Pavores, circa Umbilicum Inflammationes, Aurium Humiditates.

Ad dentitionem verò progressis, Gingivarum stimulantes Prurigines, Febres, Convulsiones, Alvi profluvia, idque præcipue cum Caninos Dentes emittere cæperint, & iis, qui maxime crassi sunt, & Alvos duras habent.

APHO-

APHORISMI. — *At iis paulùm Ætate progreſſis, Tonſillarum Inflammationem, Vertebræ quæ ad Occipitium eſt interiorem in partem Impulſiones, crebræ anhelationes, Calculi, Lumbrici rotundi, alii tenues, & minuti, in recto inteſtino orti, Aſcarides dicti, Satyriaſmi, Strumæ, & alia Tubercula, præcipue verò prædicta.*

Adhuc autem ætate provectioribus, & ad pubertatem progreſſis, ex iis multa, & Febres diuturnæ magis, & Sanguinis ex Naribus Profluvia.

FINIS.